

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIONE.

ad istum: verum etiam quod terminetur ad istum.

Reprobatio quid est apud D. Tho.

Est autem apud D. Thomam Reprobatio, præscientia cum voluntate permittendi cadere in culpam, & irrogandi damnationis poenam propter culpam. Præscientia, non quidem demeritorum, sed futurorum hominum. Supposita enim præscientia hominum futurorum Deus voluit quosdam a gloria, & beatitudine excludere, quosdam vero ad eam admittere. Cuius quidem voluntatis in communi quidem ratio, & causa, est diuinæ iustitiæ per modum punitionis declaratio, in particulari vero, hoc est, respectu huius, & illius obiecti, sola diuina voluntas.

Bonau.

Habet & hanc sententiam D. Bonau. 1. d. 41. q. 1. s. siquidem in reprobatione tria includit, nempe odium æternum, obdurationem temporalem, & damnationem finalem. Ac illius primi nullam omnino esse causam dicit, quæ reperiatur in nobis, horum vero duorum, nempe obdurationis temporalis, & damnationis finalis, in nobis causam reperiiri docet. Est autem odium æternum, illa Dei voluntas, qua Deus ab æternitate voluit non dare gloriam aliquibus. Cuius voluntatis in nobis nulla est causa.

Ricard.

In hanc eandem sententiam descendit Ric. 1. d. 41. art. 3. q. 1. Reprobationis enim, id est, reiectionis, & repulsionis a gloria & beatitudine, nullam esse causam dicit, sed solum obdurationis temporalis, & finalis damnationis, quæ connotantur à reprobatione. Non abhorret ab hac sententia Duran. 1. d. 21. q. 2.

Ducadus

Cæterum contra hanc opinionem multa afferri consueverunt argumenta ab ijs qui contra sentiunt. Principio sic argumentantur. Deus neminem odit gratis, hoc est, citra demeritum, licet aliquos amet, & auxilio, ac favore prosequatur sine vllis meritis, sed hominis in puris naturalibus cogniti reprobatio, est quiddam odium, iuxta illud, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, id quod aduersarij de Esau reprobatione interpretantur, igitur citra respectum ad demerita neminem Deus reprobauit.

Refutatio superioris opinionis.

ad Tho.

Secundo. Deus nemini formaliter, & positine denegat beatitudinem, quem quantum

est ex se creauit propter beatitudinem, quem quantum est ex se vult esse saluum, atqui omnis homo est huiusmodi, dicitur enim. 1. Timothe. 2. Deus vult omnes homines saluos fieri. Item, Aug. Fecit Deus hominem vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur. Igitur circa nullum hominem in puris naturalibus ostensum, Deus habet hunc actum, volo hunc hominem a gloria & beatitudine excludere.

Tertio. Si huiusmodi actus esset in Deo ante præuisionem peccati, aut actus ille esset misericordiam, aut iustitiæ, aut providentiæ, non misericordiam, vt patet, neque iustitiæ, vt pote quia nulla subest culpa, neque etiam providentiæ, Nam providentiæ, quantum est, ex parte sui intendit vt omnia assequantur finem propositum, & ob hanc causam omnibus prouidet de medijs necessarijs, nullus igitur actus huiusmodi cernitur in Deo.

Quarto. Reprobatio constat obduratione, & desertione, At horum causa est hominis demeritum, vt patet ex Augustin. & habetur 23. q. 4. cap. obineri, quo loco dicitur, cum aliquos traditos desiderijs suis, aut obduratos esse legimus, aut relictos in peccatis suis, hoc ipsos meruisse profiteamur: igitur & reprobationis est aliquod meritum.

Quinto. Deus neminem positine, & formaliter excludit ab eo fine, ad quem assequendum præbuit homini antecedenter auxilia, præbuit etiam præcepta, quæ ab omnibus hominibus maxime obseruata esse vult, ad iecit & consilia inuitantia, atqui beatitudo sempiterna est huiusmodi, igitur neminem Deus positine, & formaliter excludit, aut certe vult excludere a beatitudine sempiterna.

Postremo, excludi a gloria, & beatitudine est poena damni, sed poena nulli imponitur nisi pro culpa, igitur Deus neminem voluit a beatitudine excludere.

Et confirmatur vehementissime, quia huiusmodi homines qui sic excluduntur nulla subiecta culpa, aut erant ordinati ad beatitudinem, illa dei antecedente, & generali voluntate, vel non erant, si non erant, igitur non est eis poena carere beatitudine vt pote ad quam

ex conditione naturæ, neq; ex diuina voluntate vnquam fuerunt ordinati. Si vero ad illam erant ordinati illa generali Dei voluntate, cuius supra meminimus, igitur Deus non absolute voluit eos a gloria excludere, hic siquidæ actus repugnat illi priori.

His argumentis supra dicta opinio conuelli, & infirmari posse videtur: Quæ tamen non sunt explicatu difficilia.

Diluuntur argumenta.

Deus nullo respectu ad peccatū potest hominem punire pœna æternæ.

Primum igitur argumentum diluitur, maioris explicatione. Nam verbum illud gratis potest duobus modis exponi, vno modo vt idem valeat, quod nullo respectu ad peccatum, altero modo vt idem sit, quod nulla ratione. Subpriori sensu negatur Maior. Etenim Deus citra detrimentum suæ bonitatis, & iustitiæ, potest innocentem pœnis non solum temporalibus, verū et æternis subijcere, id quod Gregorius ariminæus l. d. 41. ar. 2. Colligit ex autoritate, & scripturæ, & Augustini. Porro autoritas scripturæ posita est Sap. 12. Quo loco Sapiens diuinā celsitudinem, & omnipotentiam commedans, sic ait, cum sis iustus, iuste omnia disponis, ipsum quoq; qui non debet puniri, condempnas, & exterum æstimas a tua virtute. Quem locum exponens glossa interlinearis sic ait, ipsum quoque qui puniri non debet, æterna pœna condempnas in æternum, & exterum, hoc est, alienum & indignum facis a tua pietate: sed non debens puniri est infons, igitur Deus infontem, citra detrimentum suæ bonitatis, & iustitiæ, potest pœnis non solum temporalibus, verum sempiternis subijcere.

Autoritas vero Aug. posita est in libro de predestinatione. Sanct. cap. 14. quo loco sic ait. Si humanum genus, quod creatum primitus constat ex nihilo, non cum debito mortis, & peccati originis nasceretur, & tamen creator omnipotens ex eis aliquos in æternum damnaret, intereat qui omnipotenti creatori diceret, quare fecisti sic? Qui enim cum non essent, esse donauit, &c. iam autem si Deus infontem, & alias non demeritum citra detrimentum bonitatis, & iustitiæ suæ potest damnare, quantomagis

a communione suæ gloriæ, & beatitudinis, in quo reprobatio consistit, excludere. Negatur igitur maior subpriori sensu, conceditur autem sub posteriore. Nam ipsa dei voluntas est ratio: & quod Dei voluntate fit, summa ratione, & æquitate fit.

Ad secundum respondetur, quod si illud propter, dicit causam finalem exercitam, falsum est deum creasse omnes homines propter beatitudinem. Non enim omnes homines actu assequuntur beatitudinem, alioqui omnes homines essent predestinati, quod falsum est, & erroneum. Sin vero illud propter significat causam finalem secundum aptitudinem, verum est Deum creasse omnes homines propter beatitudinem, hoc est, tales procreasse, qui essent apti ad beatitudinem, cui aptitudini non repugnat, aliquos mera Dei voluntate excludi a beatitudine.

Dei pœne ad beatitudinem quomodo fit intelligendū

Ad auctoritatē vero D. Pauli dicē dū, Deū voluntate antecedente velle omnes homines saluos fieri, non voluntate beneplaciti, quæ semper est efficax. Huic porro voluntati antecedenti non repugnat voluntas beneplaciti, qua Deus vult aliquos hominum non fieri saluos, iusto quidem iudicio, vt fatetur Augustinus, incomprehensibili tamē, & non vestigabili, quos eisdem Deus, tametsi voluntate generali ordinauit ad beatitudinem, nunquam tamen voluntate speciali, & beneplaciti. Ex voluntate porro generali profectum est, vt Deus illis tribuerit auxilia sufficientia, quibus possent saluari, ex voluntate vero speciali, qua reprobauit, ortum habuit, vt denegauerit eis auxilia efficacia, quibus adhibitis saluarētur, id quod de facto contigit Tyrijs, & sydonijs, de quibus ita ait Aug. in libro de bono perseuer. cap. 19.

Duplex voluntas dandi beatitudinē, vna generalis, altera specialis.

Hæc est predestinatio sanctorum, præscientia. s. & preparatio beneficiorū Dei, quibus certissime liberantur, qui cunq; liberantur, ceteri autē vbi non est, in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquuntur, vbi Tyrij relictisunt, & sydonij, qui et credere potuerūt, si mira Christi illa signa vidisset, sed quoniā vt crederēt, nō erat eis datū, etiā vnde crederet est negatū. Aperte dicit Aug. Tyrijs, &

Augusti.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIO

Sydonijs fuisse diuinitus subtracta auxilia, quibus crederent, credentes autem saluarentur, quia eidem non fuerat datum, hoc est prædestinatum ut crederent, & credentes salui fierent. Id quod eodem loco expressius ait Augustinus dicēs. Neq; illis profuit quod poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cuius sunt inscrutabilia iudicia, & investigabiles viæ.

Eadē tamen auxilia sunt oblata & præstita Iudæis, non tamen adhibitis huiusmodi auxilijs adduci potuerunt ut crederent, quia non erant prædestinati, ut Deus eos cæcos illuminaret, & induratis cor lapide una auferret.

August.

Ad tertium dicimus, illū actum esse iustitiæ occultæ tamen, & imperuestigabilis, ut ait Augustinus, in lib. de bono perseue. cap. 10. in hunc modum. Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, qui quibus vult subuenire, etiam non volentibus, neque currentibus subuenit, & quibus non vult subuenire, non subuenit, de quibus in sua prædestinatione, occulte quidem, sed iuste aliud iudicauit. Non enim est iniquitas apud Deū, sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius.

Ad quartū, Negatur consequentia, Nam quemadmodū iustificatio, non est prædestinatione, sed ipsius effectus, sic etiam obduratio non est reprobatio, sed effectus reprobationis, quemadmodū enim iustificatio perficitur appositione gratiæ, sic etiā obduratio perficitur gratiæ subtractione, quā subtractionē fatemur homines mereri suis peccatis, &c.

Ad quintū iam patet ex supra dictis responsio. Nam Deus voluntate antecedente vult omnes homines saluos fieri, & eadem voluntate largitur eis auxilia opportuna, & accomodata salutis, licet voluntate beneplaciti velit aliquos non saluos fieri, & eadem voluntate deneget eis auxilia efficacia, quibus adhibitis saluarentur.

Ad sextū argumentū respondetur duobus modis, vno modo distinguendo de pœna dāni, & de pœna sensus. Pœnā igitur sensus Deus nulli infert, nisi pro peccatis quæ ad

misit. At pœnam damni imponit, & potest imponere, nulla subiecta culpa. Nam pœna dāni importat subtractionē doni gratuiti, hoc est, quod Deus gratis, & nullis antecedentibus meritis largitur, cuiusmodi est gratia, & beatitudo supernaturalis. Quē admodū igitur Deus nullis præcedentibus meritis gratiam donat, & ordinat ad beatitudinem, ita etiam nullis subiectis demeritis, & gratiam denegat, & beatitudinem.

Pœnā dāni Deus potest imponere nulla subiecta culpa

Autho sentē

Multitudo reprobatur diuina probatione.

Reprobatio est munda non dei alius gl'am.

August.

Altero modo respondetur, quod Deus non primo reprobat propter peccatum actuale, sed propter peccatum originale, quo omnes homines nascuntur obligati, quod ipsum Deus condonat, quibus vult, exigit autem, & reposcit a quibus vult. Vnde quemadmodum condonans illud peccatum est misericors, ita etiam exigens, non est iniustus, aut iniquus, sed iustus. Hoc docet August. libro primo ad Simplicianum, sic inquit. Omnes homines sunt vna massa peccati, quandoquidem ut ait Apostolus, omnes in Adam moriuntur, a quo in vniuersum genus humanum origo ducitur offensionis, supplicium debens diuinæ, summaque iustitiæ, quod siue exigatur, siue donetur, nulla est iniquitas. Cui enim donat, gratuitam exhibet misericordiam, & a quo exigit iustissimum in eum exercet iudicium, ita ut neque liberatus de suis meritis gloriatur, neque damnatus, nisi de suis meritis conqueratur.

Cæterum hæc solutio non congruit cum opinione, quam tractamus, quæ reprobationem, quæ in proposito non miserendi, hoc est, non dandi vitam æternam consistit, soli Dei voluntati attribuit. Nam ut inquit Apostolus, cui vult miseretur, & quem vult indurat, id est, non miseretur. Cæterum neminem deus ordinat ad pœnā, nisi propter culpam, aut originalem, aut actuale.

Non primo Deus reprobat propter peccatum originale.

1. Cor.

1. Cor.

vt iam supra docuimus.

Sententia authoris.

Authoris
sententia.

Nobis placet hęc posterior sententia, vt
qua sit sacra scriptura, & dictis sancto-
rum congruentior, & abyssum iudiciorum
Dei magis declarans: vt patet ex solutione
argumentorum, quibus hanc sententiam re-
futauimus.

Multi ac-
tus reperi-
untur in
diuina re-
probatio-
ne.

Pro huius igitur opinionis maiore expli-
catione, notandum est in diuina reprobati-
one quinque actus reperiri, primus actus di-
citur refutatio siue reprobatio, siue ab aeterna
beatitudine exclusio. Nam Deus supposita
voluntate communicandi suam beatita-
tem, quasi consilium iniit de ijs, quibus esset
communicanda. Ac huius diuini consilij cō-
clusio duas habet partes, vnam affirmati-
uam, nempe quod istis communicabitur, &
alteram negatiuam, nempe quod istis non
communicabitur, illa dicitur approbatio,
hęc vero dicitur reprobatio: quę nihil est
aliud quam firmum, fixumq; decretum non
dandi aliquibus beatitudinem.

Reproba-
tio est fir-
mū decre-
tū nō dā-
di aliqui-
bus glori-
am.

Secundus actus est, permissio cadendi
in peccatum, id quod sequitur ex priore il-
la dei voluntate, & decreto,

Tertius actus est, pręscientia peccato-
rum, & lapsuum eorum, qui labuntur.

Quartus actus est, derelictio, siue deser-
tio peccatoris, & extrema in peccato ob-
duratio.

Quintus actus est, ordinatio peccatoris
ad supplicium sempiternum. Qui actus cō-
sequitur pręscientiam peccati finalis, & ex-
terminę impęnitentię.

3. Corol. 1.

Hinc iam nonnulla intelliguntur. Illud
igitur est primum, reprobationem consiste-
re in primo actu, ceteros vero actus esse re-
probationis consequentes. Quia enim Deus
reprobauit, permisit lapsedionem in peccata,
deinde dereliquit, postremo quia homo
pręuisus est peccator finalis, ordinatus est
diuinitus ad supplicium sempiternum.

1. Corol.

Secundo intelligitur, reprobationem prę-
cedere pręuisionē peccati. Nam in illo pri-
mo signo, quo petrus, & Iudas in suis natu-
ralibus existentijs sunt diuino conspectui

oblati, Deus Petro quidem voluit beatitudi-
nem, Iudę vero, actu positiuo, & formali,
eandem noluit, contra quod dicit Scotus:
id quod nos postea efficacissimis argumen-
tis demonstrabimus.

Tertio intelligitur, hos actus ordine quo
dam esse inter se affectos, Nam secundus
sequitur ad primum, tertius ad secundum,
quartus ad tertium, quintus, & vltimus ad
tertium, & quartum. Vtrum vero Deus, quę-
admodum pręordinauit aliquos fore repro-
bos, sic etiam pręordinauerit eos fore ma-
los, quęstio est, quę a nobis paulo post tra-
ctabitur.

3. Corol.

Quarto hinc intelligitur, reprobationem
fomaliter quidem esse actum diuini intel-
lectus, consequenter vero esse actum diui-
næ voluntatis. Etenim vt supra diximus,
reprobatio est conclusio diuini cōsilij, quod
sumpsit de sua beatitudine communicāda,
cuius consilij pars vna est affirmatiua, nem-
pe quod istis dabitur beatitudo, altera vero
negatiua, nempe quod istis non dabitur:
quam diuini consilij conclusionem diuina
voluntas acceptauit, & comprobauit, ex-
quę voluntatis diuinę acceptatione & cō-
probatione, habet illa diuini consilij conclu-
sio rationem statuti, & decreti.

4. Corol.

Reproba-
tio, quę
admodū,
& prędes-
tinatio ē
cōclusio
diuini cō-
silij, a di-
uinavolū-
tate accep-
tata.

Quocirca Reprobatio definiri in hunc mo-
dum potest, Reprobatio est firmum, fixūq;
diuinę mentis decretum non tribuendi ali-
quibus beatitudinem.

Quinto hinc intelligitur, ad reprobatio-
nem concurrere tam intellectum diuinum,
quam voluntatem. Concurrunt intellectus
iudicando hos esse a beatitudine supernatu-
rali excludendos, siue non dandam istis su-
pernaturalem beatitudinem, voluntatem ve-
ro, hoc dei iudicium acceptando & compro-
bando. Concurrunt etiam intellectus cum
pręsciendo peccata, tum peccatis dignam
retributionem excogitando, postremo con-
currunt voluntas illam punitionis ratio-
nem excogitatam comprobando.

5. Corol.

Intellectus
& voluntas
quomodo
concur-
rant ad re-
probatio-
nem.

Vnde reprobatio a posteriore, & ab esse-
ctu sic potest describi, vt dicatur ratio existens
in mente diuina, & a voluntate diuina
fiatur.

Reproba-
tio a poste-
riore de-
fiatur.

DIS T. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIO.

comprobata, perducendi quosdam homines ad supplicium sempiternum.

Ostenditur multis alijs rationibus Deum reprobasse nullo peccati respectu.

1. Arg.

Ad huc reprobationem hominum reproborum antecedere præuisionem peccati, his argumentis ostenditur.

Primum igitur sic licet argumentari. Si Deus reprobat propter peccata præscita, sequitur ut hanc reprobationem antecedit iudicium, & dictamen rationis dictantis hunc esse abijciendum, & a sempiterna beatitudine excludendum propter demerita, offert enim se se homo diuino intellectui peccator, & tantus peccator, & ideo intellectus, ac ratio diuina dictat hunc talem, & tantum peccatorem esse excludendum, & tanta poena afficiendum, At consequens est falsum, igitur, & antecedens. Sequela probatur. Nam decreto rationabili propter aliquod præscitum, præponitur ratio dictans illud sic esse statuendum propter illud præscitum. Falsitas porro consequentis hinc patet, quia ita fieret, ut homo odio haberetur, & morti æternæ adiudicaretur, propter peccatum quod non dum comisit, quodque potest nunquam committere: vel certe concedendum est hunc necessario esse peccaturum, ut iustum sit, & rectum dei iudicium.

1. Arg. Nemo odio haberetur propter peccatum, quod nondum comisit, & potest vitare.

2. Arg.

Secundo, si Deus ante præuisionem peccati non reprobaret eo esset, quia huiusmodi reprobatio aliena esset a diuina cum misericordia, tum iustitia. At nihil eiusmodi est, id quod docet Apostolus ad Rom. 9. Cum exemplo figuli, cuius voluntati, & potestati, subest ex eodem luto fingere vas vnum honestioribus vsibus, alterum, vero vilioribus aptum, & idoneum, & neutrum potest de figulo conqueri, tum ratione, sic inquit, si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, a parte ad interitum, ut ex altera parte ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauit in gloriam, quis est, qui de hoc dei iudicio con-

queratur, & cum eo super hac re expostulet?

2. Arg.

Tertio. Tyrij & sydones non sunt reprobatæ, quia infideles præuisi sunt futuri, & in incredulitate permanfuri, nam ut constat ex Luca cap. 10. Si signa Christi vidissent, utique eodem Christo domino teste, credidissent, & conuersi ad Deum per penitentiam fuissent, sed ob id non crediderunt quia erant reprobatæ, ut docet Aug. in libro de bono persecrantia, igitur reprobatio non supponit culpam reprobatæ, sed culpa potius reprobationis ipsius est consequens.

4. Arg.

Quarto. Nemo punitur actu propter culpam præuisam, sed propter culpam commissam, at reprobare modus est quidam punitionis, igitur nemo reprobat propter culpam præuisam. Minor patet, Namque reprobari est malum extreme fugibile, & odibile, & non est malum culpæ ut patet, est igitur malum poenæ, & infertur propter peccatum, igitur quædam est punitio.

5. Arg.

Quinto. Sola dei voluntas est causa, & ratio sufficiens, propter quam procreauit istos, & non, illos, æque possibiles creari citra differentiam vllam antecedentem in illis possibilibus, igitur sola voluntas Dei est causa, & ratio propter quam hos elegit ad beatitudinem, illos vero ab eadem exclusos esse voluit. Consequens probatur, quia non minor est distantia non essendi ab esse, quam essendi misere, ab esse beate, imo vero nihil esse, maius est malum, quam miserum esse.

Nihil esse, maius est malum quam miserum esse.

Tandem his argumentis conuicti prioris opinionis authores, in nostram prope modum sententiam descendunt, Nam quærentes, vtrum accipiendo reprobationem pro negatione volendi dare beatitudinem, Deus aliquos reprobauerit non propter demerita præscita, respondent distinguendo de facto, an de possibili. Quocirca tres ad propositum subiiciunt conclusiones.

Andreas de nouo castro. 1. 5. d. 4. q. 2. ad finem.

Prima conclusio. Deus de facto nulli creature rationali creandæ proposuit non dare beatitudinem, nisi propter demerita præscita. Etenim omnes reprobatæ homines, quæ Angeli pro-

Reprobatio... ta pro... dina... tate... na, su... nit c... repre...

propositi sunt diuino conspectui, vt subiecti culpa, & ideo eis sic oblati non voluit dare beatitudinē propter illam culpā. Deus enim, quantum est ex se, omnem creaturam rationalem quam creat, ordinat ad beatitudinem, nisi sit impedimentum ex parte creaturæ.

Secunda conclusio. De potentia absoluta Deus potest duas creaturas rationales creandas habere in prospectu, & vniquidem dare beatitudinem, alteri vero eandem denegare, nullo interim demeritorum respectu, veluti si spectentur omnes Angeli ab aternitate diuino cōspectui præsentes, præcise sub ea dispositione sub qua creati sunt, interim abstrahendo ab omni culpa, & hi eligantur ad beatitudinem, illi vero ab eadem excludantur.

Tertia conclusio. Deus angelos præcise sic acceptos non deputat ad geenam, licet alios admittat ad beatitudinem, & alios excludat.

Nos ab his conclusionibus partim dissentimus, partim vero eisdem assentimus. Assentimus quidem, quatenus dicunt posse Deum aliquibus negare beatitudinem, ad quam aliqui habent ordinabilitatem, nullo demeritorum respectu, sed abstrahendo ab omni culpa. Et præterea nullum ordinari ad poenam, nisi præuisum peccatorem: idque de lege, & de potentia Dei ordinaria, licet de potentia absoluta possit Deus innocentem aternis supplicijs addicere. Quocirca accipiendo reprobationem pro ordinabilitate ad poenā, siue pro eo quod est velle punire, omnino reprobatio supponit culpam, si iusta esse debet. Ac hoc modo accepit Scotus reprobationē: & ideo reprobationis causam assignauit, nempe extremum peccatum præuisum. Et ad hunc sensum referendæ sunt Augustini omnes sententiæ, quibus videtur dicere reprobationem ex meritis, iusto dei iudicio, proficisci. Et ita omnia consentiunt.

Cæterum a prima Conclusionē dissentimus. Nos enim dicimus reprobationem formaliter & quiditativē consistere in eo iudicio, quo Deus ante præuisionem peccati &

iudicauit, & statuit certos quosdam excludere a beatitudine, ad quam alioqui habent naturalem aptitudinem, & ordinabilitatem.

Obijcitur vehementissime. Frustra est ergo illa naturalis aptitudo, & ordinabilitas: vt quæ non reducatur ad actum, neque possit, stante illo dei iudicio, reduci. Negamus consequentiam. Nam quauis non reducatur, neque possit reduci ad actum in reprobis, reducitur tamen in electis. Iam autem frustra esset illa aptitudo, & ordinabilitas, si in toto genere neque reduceretur, neque posset ad actum reduci. Ac de causa reprobationis hætenus.

Obiectis 3

solutio 1

QVAESTIO, 3.

Vtrum Deus præordinauerit reprobos futuros malos?



Vbitandi causam attulit prædestinatio diuina. Nam Deus præordinauit omnia quæ in prædestinatione reperiuntur, estque illorum omnium

causa, & author, igitur præordinauit et omnia, quæ in reprobatione cernuntur, estque eorum author, cumque in reprobatione reperitur peccatum, sequitur vt deus sit causa & author peccati, ac proinde præordinauerit reprobos esse malos, & peccatores.

Adde, quia quid quid est causa causæ, est etiã causa causati, sed Deus positivè vult permittere reprobos incidere in peccata, ad quæ permissionem sequitur peccatum, sequitur igitur vt Deus sit author & causa peccati, ac proinde quemadmodum præordinauit sanctitatem prædestinatorum, præordinauit etiam improbitatem, & malitiam reproborum.

Pro explicatione huius grauissimæ quæstionis, notandum est in reprobatione quatuor reperiri, nempe permissionē culpæ, siue originalis, siue actualis, culpā ipsā, dereli-

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIONE.

tionem peccatoris, & extremam in peccatis obdurationem, postremo aeternam damnationem, siue punitiōem, debitam peccatis.

1. concl.

Subijciuntur ergo pro explicatione quæstionis aliquot de more conclusiones.

Prima conclusio.

Deus actu positio volūtatis vult permittere culpam.

Deus actu positio, & formali vult permissionem culpæ, siue originalis siue actualis. Probatio. Causa permissionis lapsus in culpam est suavis rerum dispositio, quæ in eo consistit ut quæque res consentaneæ, & conuenienter suæ naturæ gubernetur, cumq; creatura rationis compos sit libera, positue ingenta voluntatis libertate siue ad bonum, siue ad malū sese applicare, Deus sic eam gubernat, ut hanc ei libertatem non adimat, sed contra, proprios eam motu persequi sinat, ac proinde permittat eam cadere in peccatū, cūq; deus actu positio & formali velit suauem hanc rerum omnium dispositionem, sequitur ut eodem actu et velit permissionem culpæ.

2. Concl. Deus neq; vult, neq; non vult peccatu reproborum.

Secunda conclusio. Deus neq; positue, neq; negatiue vult peccata reprobōrum, hoc est, neq; vult, neq; non vult. Nō vult quidē, quoniā alioqui deus esset author, & causa peccati. Adde, quia quod Deus sustinet nō vult actu positio, At authore Paulo ad Rom. 9. Deus sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, non vult igitur eorum peccata. Porro quod circa reprobōrum peccata nō habeat nolle absolute, hinc intelligitur, quia huiusmodi nolitio est efficax, & ideo si Deus absolute nollet reprobōrum peccata, reprobōrum peccata nulla essent. &c.

3. Concl. Deus est causa obdurationis nō positue influendo, sed gratiā subtrahendo.

Tertia conclusio. Deus non est causæ obdurationis positue influendo, sed gratiam, & bonum perseverantiæ minime conferendo. Prior huius conclusionis pars hinc patet, quia alias deus immitteret reprobis voluntatem malam, & in peccatis perseverare eos faceret, & ita vere & proprie esset causa peccati. Nam obstinata voluntate peccato ad hære, est intrinsece malum, & peccaminosum, quocirca si Deus illud efficeret, aut positue vellet illud fieri verissime esset causa peccati.

Et confirmatur testimonio scripturæ, Dicitur enim Osee 13. Perditio tua Israel, tātum modo auxiliū tuum ex me, id quod verum non esset, si Deus reprobos obduraret, malitiam immittendo: & eorum in malis perseverantiam, aut efficiendo, aut positue volēdo.

Concedimus tamen Deum positue aliquid efficere, ex quo reprobi sumunt occasionem peccandi, & in peccato mētem offirmādi, id quod a pertis constat scripturæ exemplis. Etenim miraculis, & portentis a Deo in Aegypto editis, Iudæi quidem ad Dei cultū amorem, & timorem sunt impulsī, At Pharaon est obduratus, & in voluntate mala offirmatus. Item Ioan. 6. Christi doctrina de sui corporis manducatione, Apostoli quidem sunt illuminati, & cum Christo magis amore, & benevolentia coniuncti, At alij sunt offensi, & a Christo mente, voluntate, & consuetudine auulsi: dicentes durus est hic Sermo. &c. Miracula etiam Christi Apostolis, & omnibus bene affectis salutem, & stuporē attulerunt, at Phariseis, & omnibus male affectis, odium, offensionem, & inuidiam. Vnde quemadmodum de predestinatis vere dixit Paulus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, sic etiam de reprobis vere dixit, mali autem, & seductores semper proficiunt in Peius. 1. Semper ex omni re, quando alioqui bona, & salutari capiunt occasionem peccandi, & peccata peccatis addendi.

Reprobi ex quavis re etiā bona sumunt occasionē peccandi.

Non tamen hinc iam consequitur quod Deus sit eis author peccandi aut directe, aut indirecte, siquidem factō illo dei positio, non est eis occasio peccandi data neq; directe neq; indirecte, sed solum ab impijs accepta.

Posterior pars conclusionis patet cum ex ipso euentu, & effectu, tum quia bonum & iustum est, reprobis gratiam, & omnino auxilia, quibus extremo vitæ tempore, possint conuerti, subtrahi. Id siquidem peccatis suis meruerunt. Etenim & peccandi licentia, & peccatorum multitudine, & magnitudine indignos sese diuino fauore, & auxilio effecerunt. Hoc diuinæ literæ testantur. Dicitur enim Psalmo. 8. Et non audiuit populus meus vo-

Reprobi, & multitudo in peccatorū, & frequentia peccandi in dignos sese efficiūt diuino fauore, & auxilio.

cem

sem meam, Israel non intendit mihi, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Quibus verbis aperte significatur, homines impios in poena precedentium peccatorum a deo derelinqui, & speciali dei favore, & auxilio destitutos autem, desiderijs malis tradi usque ad interitum.

Diuisus est Paulus ad Rom. 1. hoc ipsum testatur, ita inquit, & quia non probauerunt Deum habere in notitia sua, tradidit illos deus in reprobam sensum, ut faciant quae non conueniunt: Idest, quia Deum, deique beneficia agnoscere noluerunt, deseruit eos Deus, malitia eos sua, ac pravae voluntati permittendo. Ex quo effectum est, ut a deo derelicti facerent, quae minime decebat, & omni scelere complerentur.

Quarta conclusio. Deus actu positiuo & formali vult punitionem reprobatorum. Supposito enim peccato, non potest non deus velle peccatum punitionem. Placet, inquit David Psal. 10. super peccatores laqueos, ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Subinde rationem subiiciens ait, quoniam iustus dominus & iustitias dilexit. Item Paulus ad Rom. 2. Tribulatio, & angustia in omnem animam operantis malum, Iudei primum, & Graeci, gloria autem & honor & pax operanti bonum, Iudaeo primum, & Graeco. Non enim est acceptio personarum apud Deum.

Quinta conclusio. Neque peccatum, neque perseverantia in peccato usque ad extremum vitae diem, est effectus reprobationis. Probatio. Omne effectum reprobationis Deus vult, & efficit, sed neque peccatum, neque finalem impoenitentiam deus vult, & efficit, igitur neque peccatum, neque finalis impoenitentia est effectus reprobationis. Maior patet, quoniam qui vult causam, vult etiam effectum per se consequentem illam causam, at Deus vult actu positiuo, & formali voluntatis reprobare, ut patet ex dictis, igitur vult etiam positiuo omnem per se effectum reprobationis, est autem per se effectus reprobationis, omne illud quod praecise pendet ex reprobatione, ut permissio lapsionis in peccatum, derelictio, hoc est, diuinae gratiae, & diuinorum

auxiliorum, quibus homo possit stare, & resipiscere, subtractio, & demum punitio. Minor quoad priorem partem patet ex secunda conclusione: quo ad posteriorem vero sic ostenditur. Si Deus illud uellet, & efficeret, aut illud uellet directe, aut indirecte, non directe, ut patet ex secunda conclusione, & ex tertia, Neque est indirecte, hoc est, non conferendo auxilia gratiae. Nam ad hoc ut aliquid sit uoluntate hoc modo, duo requiruntur, ut author est D. Thom. 12. q. 6. ar. 3. Prius, ut aliquis possit agere, posterius, ut teneatur agere, Atqui Deus quauis possit auxilia conferre ea, quibus homo possit conuerti, & a malo auocari, & in bono perseverare, non tenetur tamen, imo iusto iudicio propter priora peccata praetermissa, & in poenam illorum statuit non conferre, igitur extremam obdurationem, & perseverantiam in peccato neque uult, neque efficit.

Notandum est hoc loco, multum esse discriminis inter haec duo, nempe perseverare in peccato, & non dare auxilium quo homo possit stare, & perseverare in virtute, illud enim est per se, & intrinsece malum, hoc uero iustum & bonum. Vnde quemadmodum praedestinatio includit voluntatem tribuendi gratiam, & gloriam, sic etiam reprobatio includit voluntatem subtrahendi gratiam, & inferendi damnationis aeternae poenam pro commissa culpa. Thom. 1. p. q. 23. ar. 3.

REFUTATIO CONCLUSI.

Contra primam, & secundam conclusionem faciunt argumenta initio quaestionis posita, quibus, & haec etiam adiungimus.

Deus omnem effectum futurum praedestinavit, igitur & actus reprobatorum transgressi uos praecipi, ac per consequens praedestinavit eos futuros esse malos, & peccata eorum futura.

Praeterea, Deus ab aeterno decreuit reprobatorum non misereri, sed eos deserere, igitur ab aeterno statuit, ut permanerent in peccato, ac proinde eorum extremam obdurationem & uoluit, ac determinauit, & per consequens praedestinavit eos futuros peccatores finaliter.

Tertia conclusio quoad priorem eius partem

Per se effectus reprobationis quae nam sunt.

Deus neque indirecte uult obdurationem reprobatorum

Reprobatio per se includit uoluntatem subtrahendi gratiam, & auxilia

De actu positiuo & formali uult punitionem peccatores.

5. Concl. Neque peccatum, neque finalis impoenitentia est effectus reprobationis.

probi
auis
ia bo
umit
tionis
adi.

obi,
ulti-
ne
to.
fre-
ia pe
i in
os se
ciunt
no
re, &
io.

DISTINCT. 40 ET 41. DE DIVINA REPROBATIO

tem his argumentis refutatur.

3. Arg. Extrema obduratio est effectus reprobationis, sed Deus omnem effectum reprobationis efficit, ergo et extremam obdurationem efficit positive influendo.

4. Arg. Præterea, Deus vult positive ut reprobis perseveret in peccato, igitur est causa perse, & positiva extremæ obdurationis, & finalis impenitentia, consequentia patet, An̄s probatur, Deus aut illud vult positive, & efficit, & sic effectus est propositus, aut saltem positive & formaliter vult illis non dare gratiā, & auxilia, quibus possint resipiscere, & a peccato abduci, At hoc velle, est aliud nihil quā velle ut reprobis in peccata ruant, & in eis permanant, igitur. &c.

5. Arg. Præterea, Deus est causa positiva, & effectiva mali pœnæ, At perseverantia in peccatis, eorum accumulatio, ac tandem finalis impenitentia, sunt pœnæ reprobis propter priora peccata diuinitus imposita, Deus igitur est causa positiva illorum omnium. Minor ostenditur auctoritate Augustini quinto contra Iulianum libro per plura capita, in quibus docet peccata reproborum ea, in quæ incidunt propter priora peccata, fieri non solum Deo permittente, & tolerante, verum etiam volente, & agente. Quocirca peccata huiusmodi vocat non solum diuinæ permissionis, sed etiā diuinæ potentia. Idem et docet Aug. in libro de gratia, & libero arbitrio cap. 21.

1. Thess. 2. Confirmatur hoc ipsum multis scripturæ testimonijs. 2. Thessal. c. 2. Quia charitatem veritatis non receperunt, ideo immisit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacium. Rom. 9. Quia in hoc ipsum excitauit, ut ostendam in te virtutem meam, cum igitur quem vult indurat. Iob. 12. Immutat cor principum, & decipit eos, & errare eos facit quasi ebrios. Iosua. 11. Domini sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum: & non mererentur ullam clementiam, sicut praeceperat dominus Moysi. 2. Reg. 16. Dimitte eum ut maledicat. iuxta praeceptum domini, Dominus enim praecepit ei ut malediceret Dauidi. Psal. 150. Conuertit cor eorum ut odirent populum eius, & dolium facerent seruis eius. Isai. 9. Misit domi-

nus spiritum vertiginis in medio eius, & errare fecit Aegyptum, sicut errat ebrius. Ezech. 14. Propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum, ego dominus decepi eum, Ezech. 4.

His testimonijs significatur, peccata, & errores hominum impiorum, non solum deo permittente, & tolerante, verum etiam volente, & agente fieri. Ac proinde Deum praedinasse reprobos futuros malos.

DILVTIO ARGVMENTOR.

Ad primum argumentum respondetur Deum praedinasse actus transgressiuos precepti quoad materiale, & quoad positivum in eis perse causabile, non tamen quoad formale, quod est in eis culpabile. Hoc siquidem neque est a Deo, neque Deo ut cause, & auctori potest illo modo attribui.

Ad secundum negatur consequentia. Non enim sequitur ex eo, quod deus voluerit & statuerit reprobos permanere in peccato, sed quod statuerit eis non dare auxilia gratiae, ex quo subinde consequitur ut incidant in peccata, & in peccatis tandem usque ad vitam exitum permanant. Et hoc Deus positive, & formaliter vult. Neque tamen inde iam consequitur, ut Deus velit peccata reproborum, aut eorum in peccatis perseverantiam, neque directe, neque indirecte, ut patet ex quinta conclusione.

Ad tertium, Negatur Maior, ut patet ex quinta conclusione.

Ad quartum, Negantur Minor, ut patet ex responsione ad secundum, & ex quinta conclusione.

Ad quintum respondetur, malum culpa posse spectari duobus modis, vno modo prout est actio peccaminosa rationi, & diuinæ legi contraria, altero modo prout est passio eius in quo est, qua passione ille afficitur molestia, & spoliatur multis bonis, quo modo habet rationem pœnæ. Priori modo malum culpa non est à Deo, posteriore vero modo est à Deo, iuxta sententiam Augustini in arguendo citatam, item confess. libr. Iusisti domine, & ita est, ut pœna sibi sit omnis inordinatus animus. Hoc igitur posteriori modo Deus dici potest causa efficiens posteriorum peccatorum

Ezech. 4.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

torum

Malu
pa,
pœna
a Deo
ut ca
rū, se
perm
& or
tum.

Deu
dir
que

torum propter priora, nō quidem quatenus peccata sunt, sed quatenus pœna. Hæc est sententia Caietani. 2. Reg. cap. 12. & 16.

Cæterum quoniam iuxta hanc sententiã, nullo modo effugi potest, quin Deus sit per se causa peccati, nam actio peccati, etiam quatenus deordinata, animū bonis spoliatur, nempe iustitia, & rectitudine, & animum etiam cruciat iuxta sententiam Augustini, supra citatam, & iuxta illud Sap. Semper præsumit sæva perturbata conscientia, proinde illud argumentum aliter diluendum est.

Dicimus igitur Deum esse causam positivam mali pœnæ, quod solum est est pœna, & non peccatum. Unde si est peccatum & pœna, est illud quidem a Deo non ut causatum, sed ut permissum, & ordinatum, ut scilicet sit in pœnam ipsius voluntatis deordinata: ut author est D. Thom. 4. d. 40. q. 4. arti. 1. & 2.

Quocirca testimonia scripturæ ad divinam permissionem sunt referenda. Etenim Deus dicitur illa facere, non quia ea efficiat, sed quia ea fieri permittat, permittit autem, reprobos auxilio gratiæ priuando, quoposito, possent, & a peccatis auocari, & in bono perseverare.

Superest, ut respondeamus ad duo illa argumenta initio quæstionis posita. Ad primū igitur argumentum respondetur, negando consequens. Nam hoc interest inter bonum, & malum, quia bonum subiacet divinæ providentiæ, non solum ut ordinatum, sed etiam ut causatum, at malum eidem subest ut permissum, siue ordinatum, non tamen ut causatum. Ex quo iam efficitur, ut prædestinatio divina sit causa omnium, quæ in prædestinatione cernuntur, nempe vocationis, justificationis, & glorificationis, reprobatio non item. Nam in reprobatione reperitur peccatum, cuius Deus non est causa: Quamvis Deus sit causa multorum, quæ in reprobatione reperiuntur, ut supra exposuimus, etc.

Ad secundū iam patet responsio ex quinta conclusione, & ex ipsius probatione. Deus enim neque directe, neque indirecte, est au-

thor culpæ, non quidem directe, quia positive non influit, neque indirecte, quia licet auxilium gratiæ subtrahat illud, quo homo staret, si daretur, nō tñ tenetur illud dare, etc.

Ex hac uniuersa quæstione aperte intelligitur, Deum non præordinasse reprobos futuros esse malos, quemadmodum præordinavit prædestinatos futuros esse bonos, contra quod Hæretici senserunt. Putauerunt enim Hæretici quidam nostri temporis, quod quæ admodum Deus sola voluntate elegit quosdam ad gloriam, & ipsa electione voluit efficaciter, ut essent boni & salutem consequerentur, ita etiam sola voluntate destinavit quosdam ad pœnam & supplicium, quos eodem voluit efficaciter esse malos, & profligatis, ac perditis moribus, ac tandem in æternam damnationem incurrere.

Quo circa dicunt isti nō minus esse opus Dei perditionem ludæ, atque conversionem Pauli, neque minus proprie damnari prædestinatos in malum, atque beatificari prædestinatos in bonum. Nam ut inquit Paulus, Deus cuius vult, miseretur, & quem vult indurat, ex quibus verbis colligunt hæretici, quod quemadmodum Deus per se, & efficienter operatur meritum in ijs qui saluantur, ita etiam per se, & efficienter operatur peccatum in ijs qui pereunt.

Quorum tamen sententia aperta sacrorū conciliorum auctoritate est explosa, atque damnata. Etenim in concilio Arausicano. Can. 23. contra hanc sententiam sic dicitur. Voluntatem suam agit homo, nō Dei, cū Deo displicet. Et canone vltimo sic dicitur. Aliquos hominum prædestinatos esse in malū, nos non credimus, & si sunt qui id credant cum omni detestatione in eos anathema dicimus. Postremo concilium Tridentinum, sessione 6. can. 4. eandem sententiam, indicto anathemate, sic damnavit, si quis dixerit opera mala, sicut & bona esse a Deo, non solum permissiue, sed etiam proprie, & per se, anathema sit.

Ita non sicut Deus præordinavit sanctitatem, & bonitatem prædestinatorum, sic etiam præordinavit malitiam reprobatorum.

Quæstio

recte, est
author
culpæ.

Hæretico
rū error.

Malū culpæ, si est pœna, est a Deo, nō ut causatum, sed ut permissum & ordinatum.

Reformatio
erro
rū.

Deus neque
directe neque
indirecte


QVÆSTIO. 4.


Verum Deus denegat reprobis auxilia necessaria ad salutem.



Quoniam effectum repro-
 bationis diximus esse de-
 relictionem hominū re-
 proborum, hanc autē de-
 relictionem, denegatio-
 nem, siue subtractio-
 nem, esse docuimus auxiliorum gratiæ, iam qua-
 ritur, utrum Deus sic reprobos derelinquat,
 ut eis subtrahat, & denegat auxilia necessa-
 ria, & sufficientia ad salutem, qua subtractio-
 ne efficiatur, ut non possint peccatorum pœ-
 nitentiã suscipere, seq; in Deum conuertere
 an potius ea auxilia eisdem largiatur, ut tan-
 dem Deus alioqui clementissimus, & indul-
 gentissimus iustificetur in sermonibus suis,
 vincat cum iudicatur.

Questio hæc difficillima, & recondita, ac
 abstrusa nimis est, vel ipsam iudiciorū Dei
 abyssum penetrans. Ac affirmationē mul-
 ta, eaq; graua argumenta confirmant. Prin-
 cipio sic arguitur. Dominus Deus non lar-
 gitur reprobis auxilium efficax, quo in vitæ
 extremo a peccato auocentur, & ad Deū con-
 nertantur, igitur Deus denegat reprobis au-
 xilium necessarium ad salutem. Antecedēs
 notum est, consecutio hinc patet, quia auxi-
 lium illud efficax necessarium est ad salutē,
 utpote sine quo non possit homo conuerti.

Secundo. De Christi sententia, Qui per-
 seuerauerit vsque ad finē, saluus erit, ex quo
 fit ut qui ad finem vsque minime perseuerāt,
 non consequantur salutem, Atqui sine do-
 no perseuerantiæ non potest homo in bono
 ad finem vsque perseuerare: hoc autem do-
 num Deus non tribuit reprobis, igitur Deus
 reprobis ipsis auxilium denegat ad salutem
 semper necessarium.

Tertio paruulis sine baptismo decedenti-
 bus Deus denegat auxilium necessarium ad
 salutem, igitur, etc. Antecedens hinc pa-
 tet, quia subtraxit eis facultatem suscipien-
 di baptismum, qui alioqui est simpliciter ne-

cessarius ad salutem: iuxta illam Christi sen-
 tentiã Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, etc.

Quarto. Sine fide impossibile est place-
 re Deo, ad Hæb. 11. Atqui multi non possunt
 habere fidem, utpote quia non habeant a
 quo discant, quod genus infidelitatis, dici-
 tur infidelitas negationis, apud D. Thomā,
 22. q. 10. ar. 1. igitur aliqui homines defrau-
 dantur, ac destituuntur auxilio, alioqui ne-
 cessario ad salutem, confirmatur ex senten-
 tia Augustini, in lib. de Natura & gratia, ca.
 4. quo loco ait, iustissime damnari eos, qui
 non potuerunt habere fidem, non habentes
 a quo discerent.

Quinto. Si Deus nulli hominum auxilia
 ad salutem sufficientia, & necessaria subtra-
 heret, eo esset quia alioqui subtrahendo hu-
 iusmodi auxilia esset iniustus, At Deus sub-
 trahendo non est iniustus, Nam merito præ-
 cedentium delictorum potest Deus illud iu-
 stissime facere, igitur non est quod reformi-
 demus illud concedere. Neq; præterea hoc
 admittentes, reprobos libertate spoliamus,
 & facultate se se ad Deum conuertendi, Nā
 quauis tali auxilio destituti, non possint se
 se ad Deum conuertere in sensu composicio-
 nis, possunt tamen absolute, & sensu diuisio-
 nis, igitur, etc.

Postremo, Hoc ipsum potest haud obli-
 cure colligi ex sacris literis. Nam primū
 Ioan. 6. dicitur. Nemo potest venire ad me,
 nisi pater meus traxerit eum., At reprobi nō
 trahuntur a patre, igitur destituuntur auxi-
 lio necessario ad salutem. Item, Ioan. 6. Om-
 nis qui audiuit a patre, & didicit venit ad
 me, at reprobi nō veniunt ad filiū, non igitur
 discunt a patre, ac per consequens auxilio
 fraudantur ad salutem necessario. Hoc argu-
 mentum est Augustini in libro de Predesti-
 natione, cap. 8. Ite Ioan. 12. dicitur de Iudæis,
 quod nō poterāt credere, quia dixerat Isaias,
 Excaeca cor populi huius, igitur reprobis de-
 negatur auxilium ad salutem necessarium.

Postremo ad Hæb. 6. dicitur, Impossibile est
 eos, qui semel illuminati sunt, & prolapsi
 sunt, iterum renouari ad pœnitentiã, igitur
 huiusmodi homines auxilio destituun-
 tur

Difficul-
 tas quæstio-
 nis.

offensi

Abulc
Driede

Ioan. 6.

Ioan. 6.

Hæb. 6.

Duple
Dei at
liū,
gener
& al e
speci

Aux
speci
tripl
com
suff
effic

ad salutem necessario. Consequen. probatur quia poenitudo peccatorum, est ad salutem necessaria, iuxta illam Christi sententiã, Nisi poenitentia egeritis, omnes simul peribitis.

Tandem hoc sentiunt, & decent gravissimi theologi Augustini auctoritatem, ad Rom. 1. cap. in quibus Rosensis, art. 36. contra Lutherum, duo genera peccatorum ponit, quorum vnum non destituitur auxilio speciali, quo miris modis excitantur, & extimulantur ad reditum, & resipiscentiam, alterum vero, quod hoc auxilio destituitur, cuiusmodi sunt reprobi, & indurati, in quo genere fuit Pharaon, cui propter duritiã cordis Deus speciale auxilium, quo ad Deum converteretur, & Dei præcepto acquiesceret, subtrahit. Hanc eandem sententiam tenet Abulensis. 4. super Genesim. 9. 12. Tenet etiam Driedo, in libro de captiuitate, & redemptione generis humani.

Ceterum negationi illud magnopere suffragatur, quia si Deus reprobis auxilium necessarium, quo possent a peccatis abduci, eorumque poenitentiam suscipere, denegaret, proculdubio illis minime imputaretur finalis impoenitentia, quippe cum sine tali auxilio conuerti, & peccatorum poenitentiam agere minime potuerint.

Pro intelligentia, & explicatione huius ardua, & difficilis quaestionis, notandum est, duo esse in toto genere, auxiliorum Dei genera, vnum generale, alterum speciale. Generale est illud quo Deus tanquam causa prima cooperatur omni creaturã in actione incubenti, quo si destitueretur, omnino creatura nihil non solum boni, sed neque etiam mali posset operari. Deus enim male operantibus etiam concurret quoad actus substantiam, licet non quoad deficientiam, & inordinationem porro auxilium speciale est illud quo Deus inuitat ad bonum, & retrahit a malo. Hoc vero triplex est, commune, scilicet speciale, siue sufficiens, necessarium, siue efficax, siue superabundans. In communibus auxilijs, quibus homo abducitur a malo, & inuitatur ad bonum, sunt prospera, & aduersa euenta, aduersis siquidem rebus emenda-

tur homo, & abducitur a malo, prosperis vero allicitur, & inuitatur ad bonum.

Ad speciale auxilium pertinent adhortationes pietatis internae, quas Deus in animum immittit, quam externae, quas Deus per lectionem sacrae scripturae, & per predicatores suos facit, Quo auxilio efficitur, vt homo concupiscatur, & sibi displiceat, & a peccatis abstinere instituat. Auxilium porro efficax est illud, quo homo antea actam vitam omnino detestans, totum se se, ac corde perfecto in Deum conuertit, quod auxilium nisi Deus largiretur, homo ad Deum conuerti non posset.

Notandum est secundo, Deum in conuertendis ad se peccatoribus duplici ratione vti, communi vna & generali, siue ordinaria, speciali altera, & extraordinaria. Communis & ordinaria ratio in eo consistit, vt Deus sensim & paulatim peccatorem internis inspirationibus emolliat, & ad sobrietatem reuertet, ac postremo aptum efficiat ad suscipiendum, illud auxilium quo in vltima dispositione ad gratiam reponitur. Vnde in initio generalia eidem auxilia praestat, quibus si homo recte vtitur, proponens non peccare, specialiora eidem largitur, quibus proposito pie voluntatis fauet, & conantem ad non peccandum mirifice adiuvat. Hoc iam tempore Deus specialiter adest peccatori, & copiosiore auxilio efficit, vt antea acta vitã eum plene poeniteat, seseq; ille corde pleno, atq; perfecto in Deum conuertat. Quod si peccator priora illa & generalia auxilia contempserit posteriora, & vberiora eidem minime tribuuntur. Nam qui infidelis est in minimo, infidelis etiam censetur in maximo. Deus tamen clementissimus, & ad parcendum propensissimus, priora illa, & generalia auxilia iterum atq; iterum repetit, varie peccatorem ad resipiscendum inuitans, paratus semper dare vberiora auxilia, si peccator prioribus auxilijs recte vtitur. Ac hæc est communis, & ordinaria homines ad Deum conuertendi ratio. Porro specialiore Deus vtitur, quando communibus, & specialibus auxilijs prætermisissis Deus statim efficax, & superabundans auxilium præstat

Cōuersio peccatorū duplex, s. ordinaria & extraordinaria.

Nota. Generalia auxiliã contemnti nõ datur specialia.

Rosensis.

Abulensis. Driedo.

Duplex Dei auxiliũ, vñũ generale, & alterum speciale.

Auxiliũ speciale triplex, s. commune sufficiens efficax.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIO

stat, quo efficitur ut homo temporis momento emolliatur, & ad deum corde integro conuertatur, id quod diuo Paulo, Latroni in cruce, & Mariæ Magdalena fuisse diuinitus præstitum ex sacris literis colligitur.

Notandum est tertio, interesse plurimum inter non dare auxilium, & illud denegare. Namque non dare in effectu consistit, at denegare, in proposito, & voluntate. Vnde Deus non dare dicitur aliquod auxilium, quando illud in effectu non dat, quacunq; de causa id fiat. At denegare tunc dicitur, quando illud non solum non dat, neq; suppeditat, sed neq; dare, ac suppeditare ipsum statuit.

His in hunc modum præpositis, ac constitutis, subiiciuntur aliquot, pro quaestione explicatione, conclusiones.

Prima conclusio. Deus reprobis non subtrahit commune & generale auxilium, quo concurrat tanquam causa prima cum omni creatura operante, quoad actus substantiam & entitatem, alioqui non modo non boni quicquam, sed neque mali quippiam agere possent.

Secunda conclusio. Deus reprobis & dat, & paratus est dare communia, & specialia auxilia, quibus & abducantur a malis, & alliantur, atque inducantur ad bona. Huius conclusionis veritas aperte constat ex sacris literis, in quibus Deus omnes ad se vocat, omnibus suam gratiam & misericordiam pollicetur, nullumq; excipit, quem sibi adiutum, & saluum non velit. Cuius rei multa, & illustra extant in diuinis literis testimonia. Principio insigne est illud apud Paulum. 1. ad Timotheum. 2. testimonium, Deus vult omnes homines saluos fieri, at hac voluntas inanis esset, si eis auxilia ad salutem communia, & specialia minime præberet, igitur Deus omnibus hominibus huiusmodi auxilia largitur. Item Ioan. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Item Mat. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Item Apocalyp. 9. Ego ad ostium sto, & pulso. Item Ezech. 33. Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & viuat. Huc etiam pertinet illa di-

uina sapientia sollicitudo, & inuigilantia prou. 1. & 8. Quibus locis inducitur diuina sapientia summo mane consurgens, & clamitans in plateis, omnesque peccatores indiscriminatim ad se vocans, atque pelliciens: & tandem poenas proponens, si vocati non accesserint, seseq; illi minime adiunxerint.

Hanc sententiam tenent omnes patres, Augustinus, lib. 3. de diuina prædestinatione sanctorum, cap. 13. & 14. Item lib. 13. de libero arbitrio, cap. 19. Ioann. Chrysol. in illud Pauli, Iacob dilexi, &c. Hieronymus, & Ambrosius in illud Pauli, Deus vult omnes homines saluos fieri.

Postremo videtur definitum cap. firmiter de summa Trin. & fide cath. Quo loco dicitur, omnibus hominibus, quandiu viuunt patere aditum ad veram poenitentiam.

Id vero confirmatur vehementissimis rationibus. Deus siquidem omnibus peccatoribus, quandiu in vita manent, præcipit se ut conuertant, ac peccatorum poenitentiam suscipiant, a peccando se contineant, bonum operentur. Quibus eisdem si contra faciant, poenam æternam comminatur: igitur Deus illis non subtrahit auxilia ad salutem. Consecutio patet, quoniam alioqui inaniter Deus præciperet, & impossibilia imperaret: quod est absurdissimum.

Præterea, Dammati propter peccata quæ in inferno committunt, non merentur noua supplicia, & non ob aliud, nisi quia ibi sunt diuina gratia, & diuinis auxilijs destituti, igitur pari ratione, si reprobi in vita manentes, diuinis auxilijs destituerentur ijs, quæ ad salutem pertinent, non mererentur supplicium propter peccata quæ in vita committunt, non enim citra dei auxiliũ possunt, aut a malo auerti, aut ad Deum conuerti.

Tertia conclusio. Deus nulli reprobo denegat sufficientia, & necessaria auxilia ad salutem. Probat conclusio. Deus paratus est dare reprobis huiusmodi auxilia, igitur eadem illis non denegat. Consecutio patet ex tertio notabili. Antecedens vero probatur ex secunda conclusione. Namque illa communia, & specialia auxilia Deus præstat repro-

Prou. 1. 3

Augusti.

Chrysol.
Hierony.
Ambros.

3. Concl.
Deus non denegat reprobis sufficientia auxilia ad salutem.

1. Conclusio.
Reprobis datur generalia auxilia.

1. Concl.
Reprobis datur specialia auxilia.

1. Thimot

Ioan. 1.
Math. 11.

Apoc. 9.

Ezech. 33.

4. Cor
Nulli
probo
tur su
abund
auxili

5. Co
Deus
si re
date
auxi

bis, eo consilio vt præstet particulariora, & specialiora, si prioribus recte vtantur: igitur illis non denegat, sed paratus est dare huiusmodi auxilia. Hæc conclusio etiam patet ex superioribus testimonijs.

4. Concl. Nulli reprobis datur super abundas auxilium

Quarta conclusio. Nulli reprobis datur extraordinaria, & vberiora auxilia ad salutem, neque etiam paratus est dare. Prior pars conclusionis ex eo patet, quia si daret huiusmodi auxilia, proculdubio saluarentur, damnantur autem. Posterior pars conclusionis hinc patet, quia collatio illorum auxiliorum est ex Dei gratia, & fauore speciali, quam gratiam, & quem fauorem Deus neque omnibus electis, sed certis quibusdam præstitit.

5. Concl. Deus nulli reprobis datur efficacis auxilium

Quinta conclusio, Deus nulli reprobis datur auxilium efficacis, quo in vitæ extremo vere pœniteat, & diuinam gratiam, ac iustitiam consequatur, est tamen paratus huiusmodi auxilium dare. Prior pars conclusionis hinc patet, quia si daret proculdubio conuerterentur, & non perirent, pereunt autem, non igitur re ipsa dat. Posterior vero pars conclusionis patet ex tertia conclusione. Ob id Deus priora illa, & cõmuniora auxilia præstat, vt si homo non resistat, sed acquiescat, posteriora & specialiora tribuat, quibus aptus efficiatur, qui iustificetur, Et in hoc consistit illa derelictio, quæ est effectus reprobationis, quia scilicet Deus non confert reprobis illud efficacis auxilium, quo adhibito conuerterentur, tametsi eisdem conferat auxilia necessaria, & sufficientia quibus possunt conuertere. Et hoc ob id facit Deus, quia illos reprobat, & propter præcedentia peccata illos habet exosos. Id vero facile intelligitur ex eo quod habetur Math. 21. Væ tibi corozaym, etcæt. Ex quo loco cõstat, Tyrios conspectis Christi miraculis fore sine dubio conuertendos. Quod tamen auxilium Christus eis dē denegauit, quia erant reprobis, vt annotauit Augustinus, in lib. de bono perseueratiæ, ca. 10. & propterea derelinquendi, & efficacioribus atque vberioribus auxilijs destituendi.

6. Concl.

Sexta conclusio. Deus omnibus hominibus tribuit auxilia quibus possunt conuertere,

non tamen quibus sine dubio conuertantur. Hæc conclusio quoad priorem sui partem, patet ex secunda conclusione, quoad posteriorem vero patet ex quinta conclusione.

Deus tribuit reprobis auxilijs quibus possunt conuertere, non tñ quibus efficaciter conuertantur. 7. Concl. Deus nulli est debitor.

Septima conclusio. Si Deus reprobis denegaret non solum posteriora auxilia, quæ specialia esse diximus, & necessaria ac sufficientia ad salutem: verum etiam & priora, quæ generalia esse diximus, nihil alienum faceret a sua iustitia. Deus enim nulli est debitor, Quo circa potest, si velit, reprobum post primum peccatum vita spoliare, & in infernum eum deijcere. Vnde si permittit illum viuere, quantumuis ei auxilia gratiæ subtrahat omnia, clementer potius cū eo agit, quàm seuerè, Quocirca si omnia ei auxilia denegaret, nihil alienū faceret a sua iustitia, & æquitate.

Ex his quæ hæctenus nostris assertionibus docuimus, primū intelligitur, errore magno eos fuisse lapsos, qui tradiderunt posse hominem peccando ad eum statum peruenire, in quo non possint, etiam dolendo, & pœnitendo ad iustitiam sese reuocare, & Dei gratiã consequi, ob id scilicet quia sunt quædam peccata, quæ Deus numquam hominibus ignoscit, & condonat. In hoc errore fuit Montanus hæreticus, qui vt refert Hieronymus in epistola ad Marcellū, assererat illis non esse veniam dandam, qui post acceptū baptismū vel semel peccauissent. Fuit etiam Nouatus hæreticus, qui affirmabat, desertoribus fidei, non patere amplius aditū ad diuinam misericordiam consequendam, vt docet Eusebius lib. 6. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 33. Fuit etiam in hoc errore Armachanus, libr. 9. de questionibus Armeniorū, cap. 27. Is siquidē censuit aliquod peccatum dari, quod veniã minime mereretur, ac proinde eius peccati gratiam minime esse expetendam.

1. Coroll. Error eliditur.

Secundo intelligitur, Eos etiam errare, qui dicunt peccatorem peccando ad eū statum posse peruenire, in quo non possit peccatorum pœnitentiam suscipere, ob id scilicet quia auxilijs ad salutē necessarijs, diuinitus destituatur, ex quo fit vt de lege communi, & ordinaria, non possit peccatorum habere pœnitentiam.

Coroll. 2. Abulensis sup Exo. c. 4. q. 12. & 14. Roffensis, ar. 36. Diedo, in li. de captiuitate & redemptione generis humani.

DISTINCT. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIONE.

pœnitentiam, seseq; ad Deum convertere. Ac horum quidam ponunt certum numerum peccatorum, ad quem cum peccator peccato pervenerit, derelinquitur a Deo, & auxilijs ad vere pœnitendum necessarijs destituitur. Cui sententiæ suffragatur illud Amos, cap. 1. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convertam eum. Ex quibus prophete verbis colligunt nonnulli, Deum semel iterum, ac tertio peccantibus veniam, & indulgentiam dare posse, at quarto eadem peccata admittentibus, neque pœnitentiam, neque indulgentiam. Quam tamen interpretationem esse falsam, & a pietate, ac fide alienam facile intelligitur ex Regum historia, quarto libro, in quo legimus Manassem Regem idolo latriæ & homicidij peccatum non solum quater, sed pluries etiam admisisse, & tamen ad extremum horum omnium peccatorum veniam obtinuisse. Cæterum quisnam sit illorum verborum verus, & legitimus sensus paulo post exponemus.

Alij certum peccatorum numerum minime definiunt, sed aiunt peccatorem peccata cumulando, & frequentando, interdum sibi Deum sic infensum reddere, eiusq; in se iram sic concitare, ut ipsum derelinquat, & omnibus auxilijs ad salutem necessarijs destituat. Iuxta illam sententiam, Curauimus Babylonem, & non est sanata, relinquamus eam. Hi sunt illi peccatores, quos Paulus ad Rom. 1 dicit diuinitus esse traditos in reprobum sensum, ut faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate. Hæc sententia non solum testimonijs scripturæ, quæ ad secundæ conclusionis confirmationem protulimus, verum multis exemplis redarguitur eorum, qui vitæ cursum multis ac varijs sceleribus inquinati confecerunt, & tamen ad extremum diuinitus compuncti pœnitentiam egerunt, & grauissimorum, & innumerabilium prope scelerum veniam obtinerunt, in quibus vnus ac præcipuus est Manasses Rex Iudæ: ut patet ex quarto Regum.

REFUTATIO CONCLUSIONUM.

Secunda conclusio, non solum argumentis, quæ initio quæstionis proposuimus, refutatur, verum etiam & ob hanc causam venit in dubium, quia in sanctis literis quidam peccatores dicuntur obcæcati, & indurati, qui ipsi obcæcati, & obdurati dicuntur, quia propter cordis duritiam, & impœnitentiam, destituuntur diuina gratia, & mentes ipsorum illuminante, & corda emolliente: non videtur igitur vera nostra conclusio, quæ asserit Deum dare omnibus hominibus necessaria & sufficientia auxilia ad salutem. Consecutio firma est, quia obduratis huiusmodi auxilia subtrahuntur. Ut constat ex Augustino, ad Rom. cap. 1. Vnde D. Thom. 1. 2. d. 40. quæst. 4. ar. 1. & 2. ait, Deum dici causam excæcationis, & obdurationis, non quidem malitiam immittendo, sed gratiam illuminantem, & emollientem minime impertiendo.

Quinta etiam conclusio venit in dubium, Nam si Deus reprobo non dat auxiliū efficacius, quo adhibito proculdubio converteretur, subtracto vero non item, sequitur ut eius finalis impœnitentia, non sit ipsi reprobo, sed Deo potius tribuenda. Nam si auxiliū illud efficacius tribuisset, proculdubio se collegisset, & ad Deum conuersus fuisset.

DILVTIO ARGUMENTORVM.

PRincipio diluenda sunt argumenta initio quæstionis posita.

Ad primū igitur argumentū respondetur negando consequentiā. Nam uti diximus. 3. notabili, denegare auxiliū importat voluntatem, & propositū non conferendi auxiliū, iam autem Deus quanuis reprobis illud auxiliū minime largiatur, paratus est tamen dare, si modo prioribus auxilijs recte vtantur.

Ad secundū respondetur eo argumento solum concludi, Deum aliquod auxiliū necessarium reprobis subtrahere, non tamen denegare, cum paratus sit illud auxiliū eis dare, si per eos non stare. Non vtentes enim auxilijs prioribus, indignos se efficiunt posterioribus.

Ad

Error eliditur.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 11.

Ad 1.

Deus qui vis non det parat est tamen dare auxiliū necessarium

Hon in ca quo illi t hat

obi vel

Di

Ad.3. Ad tertiū respondetur negando consequē-
tiam. Nam adulti iustitiam, & salutem con-
sequuntur per actionē propriam, & ideo Deus
non denegat illis auxilia specialia, & neces-
saria ad hoc præstandum, & efficiendum.
At paruuli non assequuntur iustitiam actio-
ne propria, sed lauacro baptismi, in qua re
Deus prouidet illis, quantum patitur suaui-
rerum dispositio.

Ad 4. Ad quartū respondetur, Deū multis nō
date fidem, neq; cætera auxilia, ad salutem
necessaria, vt bene concludit argumentum,
non tamen eadem auxilia illis denegat, vt
qui sit animo & voluntate paratus dare, si ho-
mines communibus auxilijs recte vteren-
tur, & conuenienter rationi viuerent. Non
tamen hinc iam sequitur, vt ignorantes ea
quæ sunt fidei ignorantia negationis, pec-
cent ignorando, si quidem ad vincendam ig-
norātiā non tenetur homo recte viuere.

Ad.5. Ad quintum respondetur, Deum merito
præcedentium delictorum reprobis subtra-
here auxilia, alioqui necessaria ad salutem,
paratus est tamen dare, si per ipsos non sta-
ret. Illi enim male vtendo prioribus auxi-
lijs, indignos sese efficiunt, qui posteriora ac-
cipiant, quibus ad gratiam disponantur. Quo
circa erudite docuit D. Thomas, loco paulo
supra citato, Deū aliquibus gratiam, qua &
illuminarentur, & emollirentur subtrahere,
cæterum illius subtractionis causam prima-
riam esse in homine, cui gratia subtrahitur.
Nam hunc hominem diuina gratia destitui
ortum habet ex duobus, tñm ex eo, quia
Deus non dat gratiam, tum ex eo quia
homo non vult diuinam gratiam recipere,
aut ad illā sese præparare, cæterū illud prius
est ex suppositione huius posterioris. Deus
enim præsto adest omnibus se inuocantibus
& ad se confugientibus. Si dicas cur Deus
alioqui clementissimus, & salutis humanum
cupidissimus non pulsat animum peccato-
ris renitentis, & a prioribus auxilijs sese du-
ci minime permittentis, efficacioribus auxi-
lijs, quæ auxilia si adhiberentur, proculdubio
peccator emolliretur, & ad Deum conuerte-
retur. Id quod Paulo præstitum esse legimus.

Homo est
in causa
quod de
illi subtra-
hat gratiā

obiectio
vehemēs

disputio:

Respondetur hoc genus vocationis, & pul-
sationis esse extraordinarium, & pertinere
ad auxilium superabundantis gratiæ, quod
auxiliū si Deus omnibus peccato obligatis
conferret, omnes dubio procul conuerteren-
tur, & nullus hominum periret. Cæterū in
cōuertendis ad se hominibus vtitur via, & ra-
tionē ordinaria, vt scilicet hominē a se pec-
catis auersum vocet, & excitet adhibitis au-
xilijs communibus, paratus addere specialio-
ra, & particulariora, si communibus illis re-
cte vtatur, quibus cum non recte vtatur, nō
adiungit particulariora, sed illa priora sem-
per repetit, doneq; peccator prioribus illis pac-
quiescens, & minime resistens dignum se
præbeat, cui vltiora, & vberiora auxilia,
quibus ad iustificationē proueniat, tribuatur.

Quod vero attinet ad testimonia scriptu-
ræ, ad primū sumptū ex Ioan. 6. respōdemus
reprobos non trahi illos quidem a patre, est
tamen paratus illos trahere, modo acquies-
cant vocanti, & minime resistant.

Ad aliud ex Ioanē sumptū testimoniū, res-
pondetur, Iudæos diuino auxilio destitutos
non potuisse credere, absolute tamen crede-
re potuisse, quia Deus paratus erat dare eis
auxiliū ad credendū, nisi alias ipsi malitia,
prauitate, ac duritia cordis vocanti, & pul-
santi restitissent.

Ad aliud ex Paulo desumptū testimoniū Ad. 68
respondetur, eo loco impossibile, capi pro ad-
modum difficili. Nam qui destinata mali-
tia peccat, haud facile pœnitentiam peccati
suscipit. Huius loci vberiore expositionē
vide in scholijs Ioannis Gagnai.

Porro sententia prænominatorum docto-
rum iam a nobis explosa est, Neq; est quod
Augustini auctoritas nobis negotium exhi-
beat, nam Augustinus multa loco illo cita-
to dixit, quæ postea retractauit primo retra-
ctationū libro, suamq; ea de resentiā ve-
rius expressit, in libro de Prædestinatione
sanctorum, cap. 13. & 14. Ita argumenta initio
posita sunt dissoluta.

Ad aliud, quod adiunximus, difficilior est
responsio. Omnino verū, & indubitātū est,
obdurationem humani cordis, & affirmati-
onē,

DIS T. 40. ET 41. DE DIVINA REPROBATIO.

Questio
gravis.

tionem in peccatis fieri subtractione diuini auxilij, & diuina gratia, ceterum illud auxilium quale sit difficile explicatu est. Nam aut illud auxilium in ijs est, quæ sunt necessaria, & sufficientia ad salutem, aut in ijs quæ dicuntur efficacia, aut superabundantis gratia. Si prius illud dicitur, quemadmodum & quidam asseruerunt, quos supra nominabimus, quosque reprehendimus, ruit nostra conclusio, sin vero hoc posterius asseritur, nihil igitur interest inter reprobos obduratos, & non obduratos, Nam vtrisque efficax auxilium, & superabundantis gratia non datur.

Quo circa sunt qui dixerint, non hoc interesse inter obduratos peccatores & ceteros, quia illi destituuntur necessarijs, & sufficientibus auxilijs ad salutem, hi non item, cum vtrisque dentur huiusmodi auxilia, sed quia obduratis maiora, & copiosiora auxilia, ad pœnitentiam suscipiendam tribuantur, & tamē propter duritiem cordis, flecti, emolli, & pœnitentiam agere nolunt. Hoc per suasum, & probatū esse volunt exemplo Pharaonis, qui vidit miracula magna, & prodigia, quibus est a Deo ad pœnitentiam euocatus, & tamē illis omnibus miraculis & prodigijs non est emollitus, ad Deumque cōuersus. Adhuc etiam modum ciues Corozaytæ maiora & vberiora auxilia habuerunt quam Tyrij, & Sydonij, & tamen fuerūt magis obdurati, & obstinati quam Tyrij. Væga, expositionum concilij Tridentini lib. 13. cap. 12. Huic tamen sententiæ illud primū obstat, quia doctores qui de obduratione loquuntur, eam cōstituūt in subtractione diuini auxilij, deinde quia in literis sanctis dicitur, Deum obdurare quosdam, esset autem absurdum dicere, Deū obid obdurare aliquos quia eis vberiora auxilia tribuit, quam alijs peccatoribus. Quocirca si Deus aliquos obdurat, omnino dicendum est, eos obdurare diuini auxilij subtractione. Est igitur inuestigandū, quodnam & quale sit hoc auxilium, quod Deus peccatori subtrahit, cuiusque subtractione obduratur.

Pro cuius rei explicatione, est illud primū annotandum, sin obduratione duo includi,

vnū ex parte hominis, alterū ex parte Dei. Ac ex parte quidem hominis includit prauam quandam animi dispositionem, & qualitatem in animo penitus insitam, ex peccati consuetudine comparatam, qua efficitur, vteorū volūtas quasi ad malū determinetur, sitque eis quodam modo impossibile nō peccare, & bonū agere. Hinc obdurati dicuntur. Nam quemadmodū rigida, & dura flecti, & fingi ad eam formam, quam volumus, nequeunt, aut certe non facile possunt, ita horū hominū voluntas sic est ad malum affecta, vt cum magna difficultate ad bonū flecti, & traduci possit. De quibus illud est a Hieremia dictum cap. 13. Si potest Aetiops mutare pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malū: quibus verbis significat propheta malo assuetos a malo faciendo aut nunquā, aut certe vix auerti. Porro ex parte Dei obduratio includit subtractionem auxilij eius, quod ceteris peccatoribus nō subtrahit, quod quale sit difficile est explicatu.

Quo circa secundo annotandū est, auxiliū speciale Dei esse duplex vnū concomitans, est autem illud quod proxime disponit hominem ad gratiam, estque hoc auxilium supernaturale, datū a Deo tanquam a causa supernaturali gratia, & salutis. Nam quemadmodū Deus, vt author naturæ concurrat ad naturalia, concursu, & in fluxu naturali, sic etiam Deus vt author gratia concurrat ad supernaturales actiones, concursu speciali.

Est alterū Dei auxiliū, quod dicitur antecedens, quo Deus varijs modis peccatorem hominē pungit, mouet, & ad pœnitentiam prouocat. De quo auxilio illud intelligitur Ego ad ostiū sto, & pulso. Pulsans fores, nondū est domū ingressus, sed foris stat pulsans: ex quo fit vt auxilio antecedente, nondum sit Deus intra domū cordis admixtus, sed foris stans ad ostia cordis, pulset. At auxilio concomitante Deus non iam pulsat fores cordis, sed intra cordis hospitium admissus, intus operatur disponens simul cor hominis ad gratiam, eamque infundens. Vnde hoc auxiliū dicitur concomitans, quia semper est

Assueti peccatis, aut nunquā, aut certe cum magna difficultate a peccatis desistunt

speciale auxiliū duplex, vnū concomitans, alterū antecedens.

Non omni in causa ad hoc illud

ostio

in illud

Aux
arece
vari

Bona
rura

guer
sue
pera
adu

Do
re
pra
tio,
cul

In
tio
ter

Ca

est coniunctum cum gratia infusione.

Auxiliū
antece-
dēs
varium.

Ceterum hoc auxilium antecede-
ns in quatuor genera distribuitur, in primo genere lo-
cantur bona naturæ, hoc est, facultates quæ-
dam & habilitates naturales ad agendum.
Huc etiam pertinet generalis providentiæ
ratio. Namque non solum ea bona quæ nas-
cendo a Deo accepimus, verum etiam & illa
quibus quotidie fruimur, percepta ex luce,
ex pluvia, & ex temperum vicissitudine, cū
nos ad Dei cognitionem & memoriam ex-
citant, tum diu nos studio, & amore incen-
dunt, vt docet Paul. ad Rom. 1. Ad quod etiā
genus pertinet ornatus, ordo, atque adeo op-
tima & pulcherrima vniuersitatis dispositio,
iuxta illud psalm. Cæli enarrant gloriā Dei.

Bona na-
tura.

uentia,
sive prof-
pera, sive
aduersa.

In secundo genere, ponuntur particula-
res quidam euentus hominum, sive aduersi,
sive prosperi, quibus homines, Deo ita prou-
dente, auocantur a malis, & incitantur ad
bona.

Doctrina
reuelata,
prædica-
tio, mira-
cula.

Ad tertium genus referuntur, doctrina re-
uelata, vox externa prædicatorum, & mira-
cula, quibus auxilijs homo, proposito præ-
mio, & supplicio, abducitur a malis, & impe-
litur ad bonum.

Inspira-
tio, es in-
terna.

In quarto genere locantur, afflatus quidā,
& pulsationes internæ, illuminationes, &
sanctæ ac piæ cogitationes in cor hominis di-
uinitus immixta. Quod genus auxiliij maio-
rem habet vim ad animum hominis com-
mouendum, & ipsum ad Deū conuertendū,
quam illa superiora. Vnde in Canticis, cap. 5.
Sponsa dicitur commota, & lecto excitata,
non voce sponsi, non pulsatione, sed tactu,
ad tactum inquit, eius commota sunt visce-
ra mea, Pulsatio, & vocatio ad auxilium per-
tinent primi, secundi, & tertij generis, tactus
vero in actione internam sponsi significat.

Cant. 5.

His in hunc modum constitutis subiiciamus
aliquot, de more, propositiones, ad propo-
siti difficultatis explicationem.

Prima propositio. Peccatores obdurati nō
differunt a cæteris peccatoribus quoad auxi-
lium concomitans, quasi hoc auxiliū a Deo
illis denegetur, alijs non item. Nam cum au-
xilio concomitante efficiatur homo proxi-

me dispositus ad conuersionem, sit vt hoc au-
xilio careant non solum obdurati, verum
etiam omnes qui actu minime conuertun-
tur.

Secunda propositio. Obdurati non diffe-
runt a cæteris peccatoribus, quo ad auxilia
primi, secundi, & tertij generis, siquidem hæc
auxilia omnibus peccatoribus indiscrimina-
tim tribuantur. Ac de auxilio primi generis
patet ex Matth. 5. Qui solē suum facit oriri
super bonos, & malos, & pluit super iustos,
& iniustos. De auxilio vero secundi gene-
ris, patet in Pharaone, qui quāuis in Deum
esset ingratus, eiusq; animus esset in malo of-
firmatus, multis tamē aduersis calibus est ad
pœnitentiam diuinitus euocatus. Porro de
auxilijs tertij generis, patet in eodē Pharao-
ne, quem Deus per Moysen & Aaronē de cō-
uersione, & pœnitentia sæpe admonuit, &
in cuius cōspectu multa edidit portenta, &
prodigia, quæ omnia eo spectabant, vt cor
eius lapideū emolliretur, & a malo proposi-
to abduceretur. Patet etiā in Iudæis, qui chri-
stum, & prædicantē audierunt, & miracula
facientē viderunt. Vnde de eis Christus di-
xit Ioan. 5. Si non venissem, & locutus non
fuissem, si opera non fecissem in eis, quæ ne-
mo alius fecit, peccatū non haberent. Nunc
autē & viderunt, & oderūt me & patrē meū,
&c. Hæc tamen auxilia tertij generis inter-
dū dantur obduratis, nō obduratis vero de-
negantur, & subtrahuntur. Data enim sunt
Corozaitis alioqui ingratis & obduratis,
sunt autē denegata & subtracta Tyrijs, & Sy-
donijs, quos alioqui Christus præuiderat cō-
uertendos, & pœnitentiam acturos, si huius-
modi auxilia eisdem tributa fuissent, vt ipse
idē Christus testatur Matth. 11. & Luc. 10.

Tertia propositio. Obdurati differunt a
cæteris peccatoribus, quo ad auxilium quar-
ti generis. Nam obdurati carent internis
inspirationibus, & illustrationibus, quibus
tamen non carent cæteri peccatores, alij qui
dem magis, alij vero minus pro qualitate,
& multitudine peccatorum, quibus tenen-
tur obligati.

Ac quod huiusmodi auxilio desti-
tuantur;

tuantur obdurati, ceteri vero peccatores non ite, ex eo vel maxime intelligitur: quia non obdurati, quamvis a peccandi studio, & voluntate non auocentur, interdum tamen sibi displicent, neque sunt animo quieto, sed inter cupiditates, & metus fluctuant, At obdurati nihil tale in seipsis sentiunt, sed peccandi studium persequentibus securi, nullo aeternae damnationis metu concepto, iacent in peccatis suis, de quibus dicitur proverbi 2. Latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Item proverbi 18. Peccator cum in profundum malorum venerit, contemnit, id est pro nihilo ducit peccare. Item Job 15. Qui bibunt iniquitates sicut aquam, id est, facilitate summa, & voluptate peccant, & hoc deo, inquit Gregorius in moralibus libro 10. cap. 5. Quia dominus Deus non pulsat horum hominum corda interiore auxilio gratiae, quo consuevit cor hominis emoliri, licet eisdem tribuantur auxilia externa, quae primo, secundo, & tertio genere continentur. Hoc tamen genere auxiliorum illi non commouentur, quia cor habent a diuino auxilio destitutum. Vnde de Caino ait Gregor. Cain diuina voce admoneri potuit, mutari non potuit, quia exigente culpa malitiae suae iam intus Deus cor dereliquerat.

Quarta propositio. Hoc etiam interest inter obduratos, & ceteros peccatores, quia obdurati ex consuetudine peccandi prauum quendam habitum acquisierunt, quo ipsorum voluntas quasi ad malum determinatur, ita ut bonum operari sit eis quasi impossibile, & male operari sit eis quasi connaturale. Hinc eorum ad omne scelus perpetrandum ortum habuit cum pronitas, tum licentia atque facilitas. Vnde Ezech. 31. de huiusmodi peccatoribus dicitur, Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. At non obdurati non sic sunt animo, & voluntate affecti.

Quinta propositio. Hoc etiam differunt obdurati a non obduratis, quia non obdurati accessus ad Deum habent crebros, & recessus ab eodem, saepius a gratia excidentibus, & saepius resurgentes. Ex quo datur intelligi eos prioribus auxilijs saepe bene uti, vnde &

posteriora saepius accipiunt. Quamuis interdum illis donum finalis in bono perseverantiae non detur. At obstinati propter confirmationem animi in malo, & pronitatem ad peccandum, nunquam prioribus auxilijs recte utuntur, ex quo fit subinde ut nunquam accipiant posteriora, & efficaciora. Vnde diuus Thomas. 22. q. 14. ar. 3. ad finem, ait homines huiusmodi miraculose spiritaliter sanari. Nam quae impossibilia sunt homini, sunt possible Deo, Lucae 18. Docet etiam Ambrosius in libro de penitentia, cap. 2. Exponens illa Pauli verba ad Hebr. 6. impossibile est eos qui semel illuminati sunt &c. rursus renouari ad penitentiam, &c.

QVÆSTIO. 5.

Verum maior sit numerus eorum, qui salutem consequuntur, quam eorum, qui pereunt, et damnantur?



RO quæstionis explicatione, præponimus, eos qui salutem consequuntur posse comparari, aut cum vniuersa hominum multitudine, aut cum Christianis.

Ponitur ergo prima propositio. Tam electi quam reprobi sunt innumerabiles. Ac de reprobis dicitur stultorum infinitus est numerus, de electis etiam dicitur Apocalyp 7. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus & populis, & linguis stantes ante thronum Dei in conspectu agni. Vnde quidam dixerunt tot ex hominibus saluari, quot Angeli ceciderunt, quot uel initio a Deo conditi & procreati sunt, ut refert D. Tho. 1. p. q. 23. ar. 7.

Secunda propositio, comparando eos qui salutem consequuntur cum vniuersa hominum multitudine maior est numerus, multitudineque eorum, qui pereunt, quam eorum qui saluantur. Cui propositio suffragantur scripturae testimonia. Dicitur enim Matthæi. 7. Intrate per angustam portam, quia lata porta, & spatiosa via est quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant

Nota dif-
crimē in-
ter pecca-
tores ob-
duratos,
& non ob-
duratos.

Prou. 2.

Prou. 18.

Job. 15.

Gregor.

Voluntas
obdura-
torum, est
ad malum
quasi de-
termina-
ta.

Non obdu-
rati saepe
cadunt, &
saepe re-
surgunt

dist. 40.
et de
divina
reprob.

22. q. 14.
ar. 3.

ad finem

ait homines

huiusmodi

miraculose

spiritaliter

sanari.

Nam quae

impossibilia

sunt homini,

sunt possible

Deo, Lucae

18. Docet

etiam Ambrosius

in libro de

penitentia,

cap. 2. Exponens

illa Pauli

verba ad

Hebr. 6.

impossibile

est eos qui

semel illu-

minati sunt

&c. rursus

renouari

ad peniten-

tiam, &c.

3. Propo-
sicio.

Plures
Christi-
anis sal-
turi, q
pereunt

3. Propo-
sicio.
Plures
Christi-
anis sal-
turi, q
pereunt

3. A 32

Prima p-
positio.

2. Propo-
sicio.

Ad p-
mur

intrat per eam, quā angusta porta & arcta via est quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam. Item. Matth. 22. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Cum igitur diuina littera testentur electos esse paucos, multos vero eos qui pereunt, aperte declarant maiore esse reprobatorum multitudinē, quā electorum.

Tertia propositio, Comparando eos qui saluantur cū vniversa Christianorum hominum multitudine, plures saluantur, quā pereant, propter virtutē clauium, quae de attrito efficiunt contritū, cumq; plures sint qui se clauibus ecclesiae subijciunt, quā illi qui non subijciunt, efficitur vt plures sint ex Christianis, qui salutē consequuntur, quam qui eandem amittunt, & hoc adnotauit doctissimus Syluester in Aurea rosa.

1. propositio.
Plures ex Christianis saluantur, quā pereunt.

RESOLUTIO SECUNDAE conclusionis.

1. A 129. Videtur quod plures sint qui saluantur, quā qui pereunt: nāq; operatio Dei est perfectior, quā operatio naturae, sed in effectis naturae bonum inuenitur vt in pluribus: defectus autē, & malū vt in paucioribus: si igitur a Deo est institutus numerus saluandorum, sequitur vt plures sint qui saluantur, quam qui pereunt.

1. Arg. Præterea, cum bonū sit comunicatiuū sui, videtur quod infinita bonitas non præfigat terminū suae communicationi, sed diuina bonitas prædestinatis se maxime comunicat: videtur igitur quod sit infinitus numerus eorum qui saluantur.

DILUTIO ARGUMENTORUM.

Ad primum. Ad primū respondetur negando consequentiā, nā multū interest inter bonum naturae & bonū gratiae: nā bonum naturae est proportio natū ipsi naturae, & ideo accidit vt in pluribus, deficit vero vt in paucioribus: at bonum gratiae excellit comunē statum naturae, ac pinde in paucioribus inuenitur, eius tamē defectus reperitur in pluribus. Cum igitur beatitudo sempiterna sit bonum gratiae excedens comunē statum naturae, præsertim deprauata per peccatum originale, sic vt pau-

cio. res sint qui saluantur, plures vero qui pereunt: & in hac reinquit Thom. de verit. q. 6. ar. 4. diuina misericordia maxime elucet, quia aliquos ad eam salutem perducit, a qua excidunt plurimi iuxta comunē cursum & inclinationem naturae.

Ad secundum respondetur, diuinam bonitatem, quantumuis infinitam, seipsam comunicare rebus creatis secundum ordinem sapientiae: hic siquidem est optimus comunicandi modus, ordo autem sapientiae requirit vt omnia fiant in pondere, numero & mensura, vt dicitur Sapientiae 9. Congruit igitur diuinae bonitati, vt præfigat suae communicationi terminum, ac proinde non infinitus, sed certus, & determinatus sit electorum numerus, ab humano tamen intellectu impertransibilis. Ac de reprobatione haec tenus.

Ad 11

Sap. 9.

Numerus electorum est certus, ab humano tamen intellectu est impertransibilis.

DISTINCTIO

XLII.

DE OMNIPOTENTIA DEI.

Resolutio distinctionis quadagesimae secundae.

Distinctione 42. agitur de omnipotentia Dei. Estq; huius distinctionis unica conclusio, quae est huiusmodi. Deus est omnipotens quia potest in omnia possibilis. Vel quia potest omnia facere, & nihil potest pati, facit autem id solū quod veritati eius & iustitiae conuenit.

Obijcit contra conclusionē Magister, quia multa sunt possibilis, quae tamen Deus non potest. Non enim potest loqui, aut ambulare non potest peccare, aut mentiri, non falli, aut mori, haec tamen omnia sunt possibilis, igitur Deus non potest in omne possibile, & per consequens vel non est omnipotens, vel male dicitur omnipotens quia potest in omne possibile.

Præterea Deus dicitur omnipotens, quia potest quicquid vult, ac non vult omnia, non igitur inde dicitur omnipotens, quia potest omnia. Maior ostenditur a Magistro testimonijs, & authoritatibus sanctorum.

Hec diluit Magister. Ad primū dicit Deum posse ambulare, & posse loqui, non quidē formaliter, & in se, sed effectiue, & in alijs. Hec enim dicitur posse, quia hac ipsa in alijs operatur. Facit enim ut homo ambulet, & loquatur.

Ad secundum respondet, Deū nō posse illu quidem peccare, nō tamē hoc aliquid detrahit eius omnipotentie, siquidem posse peccare non est posse, sed deficere, & nō posse. Vnde quod Deus non possit peccare, nō impotentie imputandū est, sed potentie.

Ad terciū similiter respondetur. Nā posse mori, & posse falli, non est posse, sed nō posse. Deus igitur est omnipotens quia potest omnia, quæ posse potentie est, non infirmitatis & defectus.

Ad ultimū respondet Magister, nō negare Augustinū Deum posse etiā ea, quæ nō vult, sed ideo dixisse, Deū ob id esse omnipotentē, quia potest facere omnia, quæ vult ut eos redargueret, qui putauerunt Deum multa velle, quæ non potest. Contra hos igitur affirmat Augustinus, Deū posse quicquid vult, & inde dici omnipotentem.

Postremo ponit Magister quatuor propositiones quibus Dei omnipotentia declaratur. Prima propositio. Nihil Deus vult fieri, quod non possit facere per se, aut per creaturas. Secunda propositio. Deus nihil vult se posse, quod non possit. Tertia propositio. Omne quod vult fieri, vult se posse. Quarta propositio. Non omne quod vult se posse, vult fieri. Nam si vellet, fieret, quia

voluntati eius nihil potest resistere.

POST exactam de sacrosancta Trinitate disputationem, tria erant deitatis attributa Magistro ad explicandū proferta, nempe scientia, potentia, voluntas, in quibusuis omnis ad operandum consistit. Disputatū est de scientia Dei, iam Magister aggreditur ad diuinā omnipotentiam explicandā, quæ explicationē tribus distinctionibus nempe 42. 43. & 44. eruditissime absoluit.

Ac omnis diuinæ potentie consideratio, ut colligitur ex Magistro bipartita est, Primum enim consideratur potentia Dei in se, deinde in ordine ad obiectum, id est, expenditur quo porrigitur diuina potentia & an sit aliquid quod vim diuinam, & potētiam subterfugiat. Caput illud prius expenditur 42. distinctione, posterius vero 43. & 44.

Distributio materie de potentia dei

DE POTENTIA DEI IN SE. QUESTIO. I.

Utrum in Deo sit potentia.



Quod igitur ad prius capitulum attinet, theologij illud primum exquirunt sit ne in Deo potentia. Pro cuius questionis explicatione vnicam subijcimus conclusionem, quæ est huiusmodi.

In Deo est potentia. Hoc primum diuinæ literæ testantur. Contra folium quod vultorapitur, ait Iob, ostendis potentiam tuam & stipulam siccam persequeris? Item psal. 64. Accinctus potentia, qui cōturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. Item, psal. 70. Doneque annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est, potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus. Item, ad Ephesios 6 Confortamini in domino, & in potentia virtutis eius. Tandem multis alijs locis diuinæ literæ Dei potentiam collaudant, atque commendāt.

Deinde hoc idē ratio confirmat. Nāq; ei maxime cōpetit ratio actiue potentie, cui maxime cōuenit esse principium actiuū. Etenim po-

Cūclusio vnica. Iob. 13.

Psal. 64.

Psal. 70.

Ephes. 6.

Deo maxime cōpetit potentia actiua

tentia

tentia actiua, vt author est Arist. 5. Metaph. nominat principiu agēdi in aliud, quēadmodum potentia passiuā principiu patiendi ab alio, Atqui Deo maxime cōpetit esse principiu actiuum, vt qui sit actus primus, purus, & simplex, & vniuersaliter perfectus, iā aut vñ quodq; qua actu est & perfectū, hactenus est principium actiuū, igitur Deo maxime cōpetit ratio potētia actiua, D. Tho. 1. p. q. 25. ar. 1.

In Deo nō habet locū potētia passiuā.

Hinc iā intelligitur in Deo nullo modo reperiri potētia passiuā. Nā vñquodq; patitur quatenus est deficiens & imperfectum, & praeerea ratione alicuius materialis in ipso existentis, At Deus est vniuersaliter perfectus, vt pote cuius perfectio omniū in se rerū perfectiōes includat, estq; actus purissimus, & simplicissimus, igitur potentia passiuā nō habet locum in Deo.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

PRincipio contra conclusionem sic arguitur. Potentia est principiu actionis, sed nihil esse potest principium diuinæ actionis, vt quæ sit ipsa met Dei essentia, igitur nihil in Deo habere potest rationem potētia.

Præterea, omne agēs per essentia suam, nō agit per potētia, siquidē potētia interiacet inter essentia, & operationē. At deus agit per suam essentiam, vt qui sit agēs primū, & simplicissimū, igitur nō agit per potētia. Et cōfirmatur, quia nihil debet attribui Deo, quod eius primitati, & simplicitati repugnat.

Postremo, Diuina essentia est sufficiens, & perfectū agēdi principiu ipsi Deo, superuacua nec igitur attribuitur ei potētia per quā agat.

DILVTIO ARGVMENTORVM.

PRimū argumentū diluitur subiunctis aliquot propositionibus. Prima propositio. In Deo non est vere & realiter potentia respectu actionis, siue immanentis, siue trāscendentis, tum quia ipsa Dei actio est ipsa eius essentia, tum quia potentia est principiu transmūtandi aliud, iā aut ipsa diuina actio nō est aliud, quā eius potentia, nihil autem est sui ipsius principium.

In Deo est vere & realiter potentia respectu actionis, sed respectus effectuum.

D. Thom. 1. p. q. 25. ar. 1. ad 3. Itē. 2. cōt. Gēt. c. 10.

Secunda propositio. In Deo est vere, & realiter potentia respectu effectorū. Hac enim sunt realiter ab ipso Deo, & ab ipsa eius potē

tia distincta.

Tertia propositio. In Deo est potentia respectu actionis secundū rationem, siue modū intelligēdi nostrum dūtaxat, prout. s. diuina essentia intelligitur a nobis, & sub ratione actionis, & sub ratione potētia, & ita emanatio actionis a potētia, est emanatio secundū rationem dūtaxat.

Quarta propositio. In rebus creatis potentia vere & realiter est principium non solum effectus, verū et actionis. Etenim actio creaturæ vere & realiter distinguitur, & ab essentia creaturæ, & a sua potētia.

Ad secundum respondetur. Agens per essentiam, nō agere per potētia mediā secundum rem, sed mediā secundum rationem, ac hoc modo Dei potentia est media inter eius essentia, & actionem. Non enim distinguitur ab essentia, nisi sola ratione.

Ad. 2. Potentia dei est media secundum rationem inter potētia, & actionē.

Ad tertiu, negatur cōsequētia. Non. n. potentia Deo attribuitur, quasi res quādā superaddita essentia, sed potentia adiungit solum essentia quādā relationē principijs, vnde quidquid sit illud quod est principiu agēdi, potentia dicitur. Ex quo fit subinde vt ipsa etiam diuina essentia, quatenus habet rationem principij, potentia dicatur.

Ad. 3. Potentia attribuitur Deo, nō tāquā res addita essentia sed tāquā relatio principij eidē adiuncta.

Obijci adhuc contra pot, illi rationi qua potentia se iungitur ab essentia, aut respondet aliquid in re, aut secus, si nihil ei respōdet, cōceptus igitur ille inanis est, & fictitiuus, si aliquid, igitur potentia diuina est aliqua res addita essentia, ac proinde ratio potētia est prater rationē essentia. Dicimus illi rationi respondere aliquid in re, nēpe ipsum diuinū esse vñum & simplicissimū, quod prae sui infinitate, vnitae, & simplicitate intelligi ab intellectu nostro vnica ratione nō potest, ac proinde cogitur de re illa vna infinita, ac simplicissima multas formare raōes, quibus ōnibus respōdet ipsa Dei essentia tanquā fundamentū. Vñ dici cōsuevit a theologis illas multas intellectus nostri de Deo efformatas rationes esse in deo tāquā in causa veritatis, in intellectu vero nō, tāquā in subiecto. Sed de his iā alibi, nēpe dist. 2. huius libri, accurate disputauimus, cū de diuinis attributis agerem.

Responsio

QVÆSTIO, 2.

Vtrum diuina potentia distinguatur ab intellectu, & voluntate.

Them 1.
p. q. 25. ar.
2. ad 4. &
2. cont.
Gen c. 10



Quia dubitandi in eo constitit, quia scientia Dei & voluntas sunt rerum causæ, sed causa & principium sunt vnũ & idẽ, igitur præter intellectum & voluntatem, non oportet in Deo ponere potentiam, quæ sit agendi principium.

Et augetur dubitatio, qui actus arguit potentiam. At in Deo non est alius actus, quã intelligere & velle, igitur in Deo nõ est alia potentia, quã intellectus & voluntas, nõ est igitur quod præter intellectũ, & voluntatẽ ponatur in deo potẽtia quæ sit agẽdi principium.

Respondetur ad quæstionẽ aliquot subiectis propositionibus.

Prima propositio. Potentia nõ ponitur in Deo, quali differens ab intellectu secundum rem, sed solum secundum rationẽ. Etenim potentia importat rationem principij exequentis id quod voluntas imperat, & ad quod intellectus dirigit.

Secunda propositio. Intellectus & voluntas, quatenus habent rationem principij effectiui, siue productiui ad extra, habent rationẽ potentie. Ita fit vt intellectus, voluntas, & potentia diuina sint eadem secundum rem, differant tamẽ formaliter eminenter, quẽ ad modum & ipsa diuina attributa. Aequiualeat enim rebus formaliter actualiter distinctis, vt pote quia exerceant rationes rerũ formaliter distinctarum. Illa enim vna res, vt scientia & intellectus dirigit, vt voluntas imperat, vt potentia vero exequitur.

Tertia propositio. Consideratio scientie, & voluntatis qua huiusmodi, antecedit considerationẽ potẽtiæ, præconcepit enim intellectus, voluntas mouet ad exequendas mētis præcõceptiones, potentia vero exequitur ipsas easdem præcõceptiones, efficiendo ac moliendo quod præconceptum animo est.

Hinc iam patet respõsio ad causam dubitandi. Damus intellectũ, & voluntatẽ in Deo ef-

fererum efficiendarũ principia, non tamen iam proinde non est adhibenda potẽtia, quæ sit efficiendi principium. Nã intellectus, voluntas & potentia diuersam habent, vt diximus rationẽ causandi.

Ad cõfirmationẽ vero dubitationis respõdetur, secundũ rẽ non esse aliã potentiam in Deo præter intellectũ, & voluntatẽ, esse tamen aliã secundũ rationẽ. Intellectus enim, qua intellectus nõ habet quod sit principium agendi, sed dirigendi solũ, & similiter voluntas, qua voluntas non habet quod sit principium efficiendi, sed imperandi solũ, & mouendi ad operationẽ. At potentia vt sic est principium actionis. Negatur igitur illa cõsequẽtia posterior, nepe nõ esse quod præter intellectũ & voluntatẽ in Deo ponatur potentia, oportet enim ponere in Deo principium proximum suæ actionis, quod ipsum est potentia, quæ tamen re ipsa non differt ab intellectu, & voluntate, sed solũ formaliter eminenter.

QVÆSTIO, 3.

Vtrum potentia Dei sit infinita.



Pro explicatione quæstionis initio notandũ est, infinitum dici aliquid duobus modis, vno modo priuatiue, altero modo negatiue. Infinitum priuatiue est illud quod caret termino, interim tamen natũ est habere terminũ. Infinitum vero negatiue est illud quod nõ habet finẽ, siue natũ sit habere finem, siue secus. Infinitum priori modo in solis quãtitatibus reperitur. At infinitum posteriori modo etiã in substantia incorporea.

Secũdo notandũ est, duplicẽ esse quãtitatẽ potẽtiæ, vnã extensiuã intẽsiuã alterã, illa cõuenit potẽtiæ in ordine ad obiecta, & assimilatur quãtitati discretæ, hæc vero cõuenit potẽtiæ respectu actionis, & assimilatur quãtitati cõtinuæ. Nã in obiectis potẽtiæ quædam multitudo cernitur, in actione vero quædam intensio secundum efficaciam agentis.

His in hunc modum præpositis, Nonnullas subiicimus conclusiones.

Prima conclusio. Potentia Dei non est infinita priuatiue, tũ quia Deus est expers quã-

Infinitũ aliquid dicitur dupliciter. s. priuatiue & negatiue

Duplex est quãtitas potẽtiæ, extẽsiua: s. & intẽsiua.

Concl.

tica

titatis, tū quia priuatio imperfectionē quam importat, quæ longe abest a Deo.

2. Concl.

Secunda cōclusio. Potentia Dei est infinita negatiue, Nō enim finē habet suæ perfectionis, id quod sic ostenditur. Essentia Dei est infinita, igitur potentia Dei est infinita. Consecutio firma est, tum quoniam potentia Dei est ipsa eius essentia secūdum rē, tū quia potentia cōsequitur essentiā, siue formā ex quo fit vt quātitas potentiaē consequatur quātitatē, essentię, siue formæ. An̄s vero ostēditur. Esse Dei nō est terminatū ad aliquam perfectionē essendi, quē admodū esse hominis terminatur ad speciē humanam, & esse equi ad speciē equinā, cum sit esse purū, subsistens, totū esse cōplectens, est igitur infinitū ac proinde eius essentia est infinita.

Actus terminatur, vel ex agente vel ex recipiente.

Præterea, Deus est actus infinitus, igitur virtus Dei est infinita. Cōsecutio firma est, Nā cū potentia actiua cōsequatur actū, quantitas potentiaē respondet quātitati actus. An̄s ostenditur. Actus ex duplici causa consequitur finitatem, & limitationē, vel ex agente, sic domus pulchritudo recipit quantitatem, & terminū ex voluntate artificis, vel ex receptiuo hoc modo calor in lignis terminatur, recipit enim quantitatem iuxta dispositionē lignorū, At neutro modo ipse diuinus actus finitur, nō ex parte agentis, vt qui a nullo sit agente, neq; itē ex parte recipientis, vt potē quia diuinus actus sit purissimus, subsistens, in nullo receptus, est igitur infinitus.

Tertio, forma per quā Deus agit est infinita, igitur eius potentia est infinita. Consecutio probatur. Nam in omnibus agētibus hoc cernitur, quod quāto agens perfectius habet formā per quam agit, tanto maior eius est vis in agēdo. Quāto enim aliquid est magis calidū, tātō vim habet maiorē ad calefaciendū, & utiq; haberet vim ad calefaciendū infinitā, si haberet calorē infinitū, cū igitur forma per quam Deus agit, sit infinita, sequitur vt potētia ad agendū habeat infinitam. An̄s vero ostenditur, Deus agit per suā essentiam, essentia autē Dei est infinita, igitur forma per quam Deus agit est infinita.

Postremo hoc ipsum etiā colligitur ex ope

re creationis, quod ipsum requirit increante potētia infinitā, id vero in hūc modū cōfiscitur. Quæ est proportio nullius potentiaē ad potētia passiuā, eadem est potentiaē actiuaē agentis ex nulla potentia supposita, ad potētiam actiuaē agentis ex aliqua potentia, sed nullius potentiaē ad aliquā potētia est infinita distantia, cū ens & nō ens distent in infinitū, igitur potentia actiua agentis ex nulla potentia supposita, distat in infinitū a potētia quæ agit ex aliqua potētia passiuā supposita. At huiusmodi est potētia creatrix, cū creatio sit ex nihilo, potentia igitur creatrix sit oportet infinita. Cū igitur diuina literę testētur Deū initio seculorū cœlū & terrā procreasse, sequitur vt eius potentia sit infinita.

Tertia cōclusio. Potentia Dei est infinita tā extensiuē, quā intensiuē. Extensiuē quidē, quia non tot effectus facit, quin possit plures facere, intensiuē vero, quia nunquā sic intense & efficaciter agit, quin possit intensius, & efficacius agere. Nō enim magis & minus secūdū intensiōē in diuina actione attēditur put operatio est in operāte, sic enim Dei operatio est infinita, vt quæ sit eius essētia, sed put operatio attigit effectū. Sic n. quēdā a Deo mouētur efficacius, quēdā vero min⁹ efficaciter.

Hic intellige, aliquē modum infinitatis cōuenire diuinae potentiaē, qui ipse non conuenit essentiaē. Nam potentia habet infinitatē in ordine ad obiecta, quæ eandem non habet essentia, cum respectum, & cōparationē ad aliud minime importet.

Notandū Aristotelē diuinae potētiaē infinitatē cōfectā, & demonstratā esse voluisse, 8. Phy. ex tēporis infinitate, quia. s. Deus mouet, vel mouere potē tempore infinito. Nā si certo aliquo tēpore mouere cœlū, requirit certā virtutē in mouente, sequitur vt maiori tēpore, & pluries cœlū mouere requirat maiorē in mouente virtutē, mouere igitur cœlū infinities, & infinito tēpore postulat infinitā in mouente virtutē, cū igitur Deus cœlū moueat infinities, & per infinitum tempus, relinquatur vt potentiam habeat infinitam. Cæterum hæc Aristotelis probandi diuinae potētiaē infinitatē ratio, reijcienda est,

D. Thom.
1. p. q. 45
ar. 5. ad 3

3. Concl.
Potentia Dei est infinita, tā extēsiue, quā intensiue.

Aligēmodū infinitatis habet diuina potentia quem nō habet essentia.

Aristoteles colligit potētiaē diuinae infinitatē ex eo quia mouet per infinitū tēpus.

Aristoteles probatur reijciatur.

tum quia supponit mundi, & motus æternitatem, quæ fides catholica non admittit, tū quia si illa ratio id quod est propositū demonstraret, inde posset concludi, Soli competere virtutem infinitam, vt quæ eodem Aristotele auctore, hæc inferiora per infinitum tempus moueat, & ita virtus infinita esset in corpore, contra quod idem docet Arist. Lege de hac quæstione D. Thomam, 1. p. q. 25. ar. 2. 1. 5 d. 43. q. 1. ar. 1. Potent. q. 1. ar. 2. Egidi 1. d. 43 q. 1.

REFUTATIO CONCLUSIONUM.

Secunda conclusio his argumentis refutatur. Primum sic arguitur, Omnis potentia effectu declaratur, alioqui frustra esset illa potentia, si igitur potentia Dei esset infinita, vtique effectu infinito declarari eam oporteret, hoc autem est impossibile, igitur videtur quod Dei potentia non sit infinita.

Item, Cuilibet potentia actiua respondet in natura potentia passiua, vt docet Arist. 9. Metaphys. & 3. de Anima, alioqui illa actiua esset frustra, sed potentia infinitæ Dei non respondet in natura potentia passiua aliqua apta ad recipiendum effectum infinitum, cum igitur potentia actiua Dei non sit frustra, videtur quod non sit infinita.

Præterea, Deus agit tota sua potentia, cū sit simplicissima, si igitur eius potentia est infinita, efficitur vt semper sequatur effectus infinitus, quod est impossibile.

Ad hæc, si potentia Dei esset infinita, semper operaretur in instanti, Nam vt docet Arist. 8. Phys. Si virtus corporis esset infinita, corpus illud moueret in non tempore. At Deus non semper operatur in non tempore, Nam vt auctor est Augustinus. 8. super Gen. ad literam, Deus creaturam spiritualem mouet, per tempus, corpoream vero per locū & tempus, igitur, &c.

Postremo, potentia infinita non solū perfectione, verū etiam extensione est infinita, quatenus scilicet potest efficere effectus infinitos, sed hoc non solum competit diuinæ potentia, verum etiam multis alijs, Nam &

intellectus potest intelligere infinita in potentia, & sol potest producere infinitos effectus, si igitur potentia Dei est infinita, quia potest in multos effectus, pari ratione multis alijs rebus conueniret potentia infinita, quod est impossibile.

DILVTIO ARGUMENTORUM.

Ad primum, concesso antecedente, negatur consequentia, tum quia rei creatæ repugnat infinitas, etenim creatura cum non sit actus purus, est in potetia, id quod imperfectionem quandam importat, quæ non congruit enti infinito, & cum non sit suū esse subsistens, habet esse receptum in alio, id quod non admittit ens infinitum, & cum habeat esse determinatum ad certam speciem, & certum genus, esse non potest ens infinitum, quod ipsum habet esse non determinatum ad speciem, & genus. Adde, quia cum alterius virtuti innitatur, & ab eadem conferretur, non potest æquari primo infinito, vt sit infinitum ens.

Ad 1. Creature repugnat infinitas, & quia eius esse est receptum in alio. Et quia eius esse non est extra speciem & genus. Et quia virtuti dei innitatur.

Ad Effectū diuinæ potentia secundum imperium voluntatis & secundum ordinem rationis

Tum, quia licet vis agentis vniuoci tota suo effectu declaretur, vis enim generatiua hominis non potest ad aliquid amplius pertingere, quam ad hominis productionē, vis tamen agentis æquiuoci non tota manifestatur suo effectu, vis enim solis non tota declaratur generatione vermis ex putrefactione, cum igitur Deus non sit agens vniuocum, sed æquiuocum, sequitur vt eius effectus non adæquet eius virtutem, sed semper sit minor ipsius potentia. Non oportet igitur eius infinitam potentiam declarari effectu aliquo infinito.

Agentis vniuoci actiua potentia tota manifestatur suo effectu, non autem agentis æquiuoci.

Ad Mouentur enim motus eundem positum suatatis

Ad secundum respondetur illam philosophi propositionem esse intelligendam de potentia actiua naturali, quæ semper agit & præsuppositione materia, & potentia passiuæ. Vnde frustra esset, si ei non responderet in natura aliqua potentia passiuæ. Diuina vero potentia cum agat nullo supposito, non vendicat sibi potentiam passiuam eidem respondentem. Non tamen iam inde consequitur

Ad 2. Declaratio propositionis Aristotelis.

Sol potest esse in non fecit nisi & se

tur, quod potentia actiua infinita Dei sit frustra, Nam illud est frustra quod est ad finem & non assequitur illum, Deus autem, quæq; in Deo sunt omnia non sunt ad finem, sed ipse potius est finis omnium.

Dici etiam potest propositionem illam Aristotelis esse veram de potentia actiua naturali. Res enim naturales coordinatæ sunt adinuicem, & omnes creaturæ. Deus autem est extra hunc ordinem, immo vero totus hic ordo ad ipsum ordinatur tanquam ad finem, & ideo non oportet quod ei quod in Deo cernitur, aliquid respondeat in creaturis.

Ad tertium concessio antecedente, negatur consequentia. Nam quanuis Deus agat tota sua potentia, non tamen iam inde efficitur vt sequatur effectus infinitus, Nam effectus procedens ex diuina potentia terminatur secundum imperium voluntatis, & secundum ordinem rationis. Iam enim supra diximus actum terminari vel ex agente, vel ex receptiuo.

Ad quartum, negatur sequela. Ad probationem vero ex Aristotelis authoritate desumptam, dicitur propositionem Aristotelis esse veram in agente naturali naturaliter mouente, secus in agente quod agit secundum dispositionem suæ voluntatis. Deus enim quia mouet voluntraie, mensurat motum secundum dispositionem suæ voluntatis, vt scilicet moueat in tempore, aut in non tempore.

Ad vltimum respondetur, concedendo creaturam etiam posse in effectus infinitos, non tamen iam inde consequitur, vt eius potentia sit infinita. Nam vt aliqua potentia sit infinita, oportet vt possit producere effectus infinitos omnibus modis, nempe non solum secundum numerum, verum etiam secundum speciem, & secundum genus, id quod solus deus præstare potest, non autem creatura. Nam licet possit producere infinitum secundum numerum, veluti infinitos homines, non tamen infinitum secundum speciem, & secundum genus, Nam omnium illorum hominum natura est finita, vtpote ad certam speciem, & certum genus determi-

nata. Et ideo sola Dei potentia est simpliciter infinita.

QVAESTIO. 4.

Vtrum Deus sit omnipotens.



linam omnipotentiam sacrae literæ & testantur, & collaudant. Dicitur enim Genes. 17. ipso Dei ore. Ego Deus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus. Item, Exod. 15.

Diuina li-
tera testā-
tur Dei
omni po-
tentia.
Gen 17.
& 43.

Exod. 15. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Item, Iob. 42. Scio quia omnia potes. Item, 22. Quasi nihil possit facere omnipotens, estimabāt eum. Item Sap. 11. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia iniusta, &c. Item Matthæi, 19. Apud Deum omnia possibilia sunt. Item, Luc. 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Exod. 15.

Iob. 42.

Sap. 11.

Cæterum quæstio est, eaq; a Magistro pri- mum, deinde a Theologis hac distinctione agitata, penes quid attendatur omnipotentia, hoc est, quid comprehendatur sub hac distributione, omnia posse. Quibusdam igitur visum est Deum, ob id dici omnipotentem, quia habet potentiam infinitam. Alij ob id Deum esse omnipotentem dixerunt, quia neq; pati aliquid potest, neq; deficere, neque aliud in ipsum potest. Alijs visum est Deum esse omnipotentem, quia potest quidquid vult, iuxta illud psalmi, omnia quæcunq; voluit fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Ac hanc rationem omnipotentia assignauit August. in Enchirid. ca. 96, ita inquit. Non ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest, neq; voluntate creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Item in lib. de spiritu & litera, cap. 5. & 31. Omnipotens vero est, non quod possit omnia facere, non enim potest Deus facere iniusta, quia ipse est summa iustitia, & bonitas, sed quia

Penes qd
attēditur
omni po-
tentia, &
vndedica-
tur Deus
omni po-
tens.

Psal. 142.

Ad 3.
Effectus
diuine po-
tentia ter-
minantur
secundū
imperium
voluntatis
& secundū
ordinē ra-
tionis.

Ad 4.
Mouēs vo-
luntariū
mensurat
motū se-
cundū dis-
positionē
suæ volū-
tatis.

Ad 5.

solus De-
us potest
producere
infinitū
omnibus
modis, &
secundū
numerū
& secundū
speciem.

DISTINCT. 42. DE DIVINA OMNIP.

quia potest efficere quidquid vult, ita ut nihil valeat eius voluntati resistere, quin compleatur. Addit Magister in presenti distinctione Deum dici omnipotentem, quia potest efficere quidquid vult, & hoc habet a se & perse. Quare Deus seiungitur a beato homine, vel Angelo, comprahensor siquidem quidquid vult potest facere, hoc ipsum tamen non habet a se, neque perse agit: sed Dei concursu, & influentia.

Ceterum omnes istas omnipotentiae explanationes reprehendit D. Thomas de potent. q. 1. ar. 7. utpote quia huiusmodi explanationibus declaratur aut causa omnipotentiae, cuiusmodi fuit prima explicatio, Nam qui deum esse omnipotentem obdixerunt, quia habet infinitam potentiam, non tam ratione omnipotentiae explicauerunt, quam causam, etenim omnipotentia consequitur infinitatem, estque infinitas potentiae fundamentum omnipotentiae, vel certe declarantur pertinentia ad perfectionem omnipotentiae, cuiusmodi est non posse aliquid pati, non posse deficere. Vel declarantur pertinentia admodum habendi potentiam, cuiusmodi est illa ab Augustino tradita omnipotentiae assignatio.

Verum quia omnipotentia implicat respectum, & ordinem ad obiecta, fuit explicanda omnipotentia per comparationem ad obiecta. Quocirca pro explanatione nonnullas subiungimus conclusiones.

Prima conclusio. Obiectum omnipotentiae est possibile ita quod Deus ex eo dicatur omnipotens, quia potest in omne possibile. Ceterum possibile aliquid dicitur duobus modis, vno modo absolute, nempe ex habitudine terminorum, quia scilicet praedicatum non repugnat subiecto, altero modo per respectum ad aliquam potentiam, & hoc modo quidquid subditur potentiae actus hominis, dicitur possibile ipsi homini. Totidem modis ex opposito dicitur impossibile. Nam impossibile absolute est quando praedicatum repugnat subiecto, impossibile vero secundum respectum, est illud quod est in ordine ad aliquam potentiam impossibile, tamen secundum se sit possibile, ut perducere hominem ad beatitudinem est impossibile creaturae, ex se tamen

est possibile. Cum ergo dicitur in conclusione, obiectum divinae potentiae esse possibile, accipiendum est illud possibile pro possibili absolute. Id vero D. Thomas. 1. p. q. 25. ar. 3. sic nobis vult esse persuasum. Aut Deus dicitur omnipotens quia potest omnia quae subijciuntur potentiae creaturae, aut quia potest omnia quae ipsius potentiae subduntur, illud prius dici non potest, siquidem divina vis, & facultas ad plura se se porrigat, quam potentia creaturae, neque etiam dici potest hoc posterius, Sic enim committeretur circulus in declaratione divinae omnipotentiae, perinde enim esset, ac si diceretur, Deum esse omnipotentem, quia potest omnia quae potest, relinquitur igitur obiectum divinae potentiae esse possibile absolute, & secundum se, Deusque esse omnipotentem, quia potest in omne possibile absolute, hoc est, non implicans contradictionem. Quocirca iam secunda subiungitur conclusio.

Secunda conclusio. Quidquid non implicat contradictionem est obiectum divinae omnipotentiae, non autem quod implicat repugnantiam. Haec conclusio cum ex superiore conclusione intelligitur, tum etiam hac ratione probatur, intelligitur quidem & conficitur ex superiore conclusione, quoniam quae implicat repugnantiam non continentur sub possibili absolute, quod diximus esse obiectum divinae omnipotentiae. Ratio vero ad idem est huiusmodi. Quidquid potest habere rationem entis, subditur divinae omnipotentiae, sed implicans contradictionem habere non potest rationem entis, igitur quidquid implicat contradictionem non subditur divinae omnipotentiae, Maior ostenditur. Vnicuique potentiae passivae respondet possibile, ut obiectum proprium secundum rationem illius actus, per quem agens agit, & in quo fundatur potentia activa, siquidem omne agens agit sibi simile, Sic enim potentia calefactiva tanquam ad proprium obiectum refertur ad calefactibile, At esse divinum super quod fundatur potentia activa Dei, est esse infinitum, non limitatum, neque determinatum ad aliquod genus entis, sed totius esse perfe-

Obiectum divinae omnipotentiae est possibile absolute.

2. Conclusio. Quidquid implicat contradictionem non subditur divinae omnipotentiae.

Implicans contradictionem non potest habere rationem entis

Thomas

3. Conclusio. Divinae omnipotentiae potest rationem esse

Arguuntur in sufficientia praedictae omnipotentiae explanationes. Tho. pot. q. 1. ar. 7.

1. Conclusio. Obiectum divinae omnipotentiae est possibile

Possibile dupliciter aliquid dicitur, absolute scilicet & in ordine ad certam potentiam.

tionem in se continens, atque complectens, igitur quidquid potest habere rationē entis subditur diuinæ omnipotentiae.

Minor ostenditur prioris discursus. Nihil opponitur rationi entis, nisi non ens, nō ens inquam simpliciter, cui repugnat perducī ad esse. At implicans contradictionem non potest habere rationem entis, non continetur igitur sub diuina omnipotentia. Non propter defectum diuinæ potentiae, sed quia nō habet rationem factibilis, siue possibilis. Vnde, vt annotauit D. Tho. 1. p. q. 25 ar. 3. aptius & modestius dicitur, ea non posse fieri, quā quod Deus ea nō possit facere. Neque dictū illud Angeli Luc 2. Nempe quia non erit impossibile apud Deum omne verbum, huic nostrae cōclusioni aduersatur. Nam id quod implicat contradictionem verbum esse non potest vt pote quod nullus intellectus potest concipere, hoc est, eius notionem informare.

Tertia cōclusio. Diuina omnipotentia etsi diuinis liberis testata, ratione tamen naturali potest etiam ostendi: quas rationes naturales adhibuit D. Thom. 2. contra Gent. cap. 22. & 25. quarum nonnullas in medium afferemus. Sic igitur argumētatur D. Thomas pro assertione diuinæ omnipotentiae. Virtus non determinata ad vnum effectū potest omnia, virtus autem diuina non determinatur ad vnum effectum, potest igitur omnia, hoc autem est esse omnipotentem, Diuina igitur virtus est omnipotens. Maior ostenditur. Virtus non determinata ad vnum genus producibilis, sed habens pro obiecto formali producibile simpliciter & absolute potest omnia, sed virtus nō limitata ad vnum effectum, non est determinata ad vnum genus producibilis, ita quod aliud producere non possit, igitur omnia producibilia producere potest, ac proinde potest omnia.

Pro intelligentia Maioris, & eius probationis, notandum est, quod diuinæ potentiae actiuae, quemadmodum & cuiuslibet alteri potentiae respondet vnum obiectum formale, ex quo habet speciem, & vnitatem, hoc autē est possibile absolute, siue producibile sim-

pliciter, sub quo continentur omnia possibili, & producibilia. Cū ergo dicitur in maiori, quod virtus non determinata ad vnum effectum potest omnia, illud effectum non est accipiendum pro obiecto formali, cuiuslibet enim potentiae respondet vnum obiectū formale, ex quo speciem, & vnitatem consequitur, sed est accipiendum pro obiecto materiali contento sub obiecto formali, ita quod sensus Maioris propositionis sit huiusmodi, virtus non determinata ad vnum genus producibilis, potest omnia, hoc est, omnia producibilia potest producere. Itaque hoc differt potentia actiua creaturae a potentia Dei, quia potentia actiua creaturae limitata est ad vnum genus producibilis, sicut calefactura ad calefactibile, domificatiua ad domificabile. At diuina virtus non item, sed omnia producibilia potest producere, & hinc habet quod possit omnia.

Quod autem diuina virtus non sit determinata ad vnum effectum, hoc est, ad vnum producibile, sic ostenditur. Omnis virtus perfecta ad omnia illa se extendit ad quae suis propriis effectus sese potest extendere, sed esse est proprius & per se effectus Dei, igitur virtus Dei in omnia potest, quae habere possunt rationem entis, ac proinde virtus diuina non est determinata ad vnum effectum hoc est, ad vnum genus producibilis.

Maior est nota, Minor ostenditur. Causis proportionem quadam respondet effectus, causis enim in actu respondent effecta in actu, & causis in potentia, effecta in potentia, & causis vniuersalibus, effecta vniuersalia, & particularibus, particularia, vt docet Arist. 2. Phys. Esse autem est primum causatum, & communissimus effectus, primum quidem primitate praesuppositionis, omnis enim alia perfectio adueniens alicui in actu, praesupponit rem esse. Nihil enim potest esse aut homo, aut album, nisi sit ens, quemadmodum nihil est homo nisi sit substantia, est autem communissimus effectus, quia nihil producit, nisi accipiat esse, igitur propria causa essendi absolute, & simpliciter, est agens primum, & vniuersale, quod est Deus, ac proinde

Potentia creata est determinata ad vnum genus producibilis, in creata non item.

Esse est primus, & communissimus effectus.

Implicans contradictionem non potest habere rationem entis.

Thomas.

3. Concl. Diuina omnipotentia potest naturali ratione demonstrari. Ratio.

de proprius & per se effectus Dei est esse absolute.

Notandum, non hoc velle D. Thomam, quod solus Deus det esse, cum & ceteræ causæ largiantur, sed significare magnū esse discrimen inter causam primam & vniuersalem, & inter ceteras causas particulares. Nā causæ particulares dant illa quidem esse, etenim homo dat generando esse hominis, & bos esse bouis, ceterum non efficiunt esse absolute, sed esse hoc, hoc est, non producunt quodque in quantum ens, sed in quantum hoc ens, nempe hominem, aut album, quod necessario supponit ens. Vnde causa particularis non est causa omnis eius quod pertinet ad esse rei: solum enim est causa formæ, non item materia, sed ipsam præsupponit suæ actioni, & productioni sui effectus. At causa prima, & vniuersalis est causa ipsius esse absolute, & simpliciter, & non particularis modi essendi, est siquidem causa cuiuscunque pertinentis ad esse rei, & omnis eius quod esse participat. Quo fit ut sit causa essendi simpliciter cuique rei. Est enim causa nō solum formæ, verum etiam materia, vnde re simpliciter producit in esse, id quod non facit causa secunda, & particularis, ut quæ solum producat rem sub tali esse substantiali, siue accidentario. Cum igitur ens simpliciter sit formale, & adæquatum obiectum diuinæ potentia, sequitur ut possit in omne ens, quemadmodum quia coloratum simpliciter est formale, & adæquatum obiectum visus, efficitur ut visus possit in omne coloratum: ac proinde potentia actiua Dei non sit determinata ad vnum effectum, hoc est ad vnum genus entis, siue ad vnum producibile.

Secundo, Deus efficere potest quidquid est in potentia entis creati, ergo Deus omnia potest. Consecutio firma est. Nam in potentia entis creati est omne illud quod nō repugnat enti creato, quemadmodum in potentia hominis est, quidquid humanæ naturæ non repugnat. Antecedens ostenditur. Cuiuslibet potentia passiuæ respondet potentia actiua, per quā possit traduci ad actum, alioqui superuacanea, & otiosa esset illa po-

tentia passiuæ, utpote quia nulla esset virtus actiua agentis, per quam possit ad actum reduci, iam autem in rebus naturæ nihil est frustra, & nihil otiosum, est igitur ponenda virtus aliqua actiua agentis, quæ possit ad actum reducere, quidquid est in potentia totius entis creati, quemadmodum quidquid est in potentia materiæ generabilium, & corruptibilium reducitur in actum per virtutem corporis celestis, iam autem quemadmodum se habet corpus celeste respectu horum inferiorum, quod est primum principium effectiuum in natura, sic se habet primum efficiens respectu totius entis creati, igitur quidquid est in potentia entis creati, Deus potest efficere.

Tertio, Nullus est effectus, qui non subi-

Deus potest efficere omne illud quod est in potentia entis creati.

3. ratio.

Triplici ex causa aliquis effectus subtrahitur alicui potentia.

Quomodo fit intelligendum, quod esse sit prius, & per se effectus Dei

3. ratio.

4. Diuina potentia testatur

te rem in esse producere. Non potest igitur effectus aliquis subtrahi diuinæ potentia, potest igitur in omnem possibilem effectum, & inde habet quod sit omnipotens. Cum igitur hæ rationes sint naturales, & ex ijs conficiantur quæ natura possunt homini innotescere, sequitur ut Deum esse omnipotentem possit naturali ratione inuestigari, & eadem ratione demonstrari.

Adiungimus præterea & has duas rationes, quarum hæc est prior. Deus non solum habet potentiam actiuam excellentiorem, & eminentiorem potentia actiua cuiusque causæ, verum etiam præhabet eminentius causalitate in cuiuscunque causæ, ergo potest non solum quidquid potest quælibet causa, verum etiam & multa alia, quæ alioqui non possunt præstare causæ aliæ, potest igitur omnia.

Posterior ratio. Naturaliter ostendi potest Dei potentiam esse infinitam intensiue, nam & hoc intellexerunt philosophi, & docuerunt, & nos supra rationibus naturalibus hoc ipsum confecimus, igitur naturaliter ostendi potest Deum esse omnipotentem, consequ. probatur, quoniam omnipotentia aut est potentia infinita, aut ipsius consequens.

Quarta conclusio. Omnipotentia non est communicabilis creaturæ. Probatio: Virtus consequitur essentiam, ergo virtus infinita consequitur essentiam infinitam, At est impossibile alicuius creaturæ esse essentiam infinitam, est igitur impossibile alicuius creaturæ esse potentiam infinitam, & per consequens quod habeat omnipotentiam. Minor patet. Nam essentia ob id dicitur infinita, quia esse eius sit subsistens, absolutum, & in nullo receptum, neque est contractum, aut determinatum ad aliquam speciem, aut genus, neque ab alio dependet in esse, conseruari & operari, sed hæc tria non conueniunt essentia creaturæ: habet enim creatura esse receptum in aliquo, habet esse contractum ad genus & speciem, & a Deo dependet in esse conseruari. & operari, non est igitur essentia creaturæ infinita.

Præterea, virtus quæ innititur alteri, & ab ea dependet, non potest habere rationem om-

nipotentia, omnis autem virtus communis creaturæ innititur alteri virtuti, nempe diuinæ, & ab ea dependet: non potest igitur habere rationem omnipotentia. Minor est nota, Maior hinc patet, quia omnipotentis virtus non potest deficere in agendo, at virtus quæ alteri innititur, & ab ea dependet, deficere potest in agendo, per subtractionem scilicet influentia eius, igitur virtus quæ alteri innititur & ab ea dependet, non potest habere rationem omnipotentia.

Postremo, obiectum omnipotentia est omne possibile, At nulla virtus creaturæ eo potest attingere, ut producat omne possibile, alioqui cum ipsa sit de numero possibiliu, seipsam posset producere, igitur nulla virtus communicata creaturæ esse potest omnipotens. Dur. 1. 5. d. 4. q. 3.

REFUTATIO CONCLUSIONUM.

Prima conclusio, his argumentis refutatur. Sunt aliqua possible, quæ Dei potentia subtrahuntur, quæ tamen potentia creaturæ subduntur, igitur obiectum diuinæ potentia non est possibile absolute. Cõseq. aperta est, Antecedens ostenditur. Principio, peccare in ijs est quæ sunt possible, item mentiri, siue falsum dicere, hæc tamen Deus non potest facere, quemadmodum enim Deus est summa bonitas, ita prima & summa veritas, sed cum summa bonitate non potest stare aliquod malum, ergo neque cum summa veritate aliquod falsum.

Præterea, Deus non potest ambulare, non potest comedere, quæ alioqui creaturæ sunt possible.

Item, non potest mutari, non potest mori, neque pœnitere, neque ira commoueri, aut tristitia affici, quæ tamen creaturæ sunt possible.

Præterea, si possibile absolute esset obiectum omnipotentia, cum ipse Deus contineatur sub possibili, Deus posset seipsum efficere, id quod est magnum absurdum. Nihil enim producere potest seipsum.

Postremo, si Deus ob id dicitur omnipotens, quia potest in omne possibile, aut hoc est

4: concl. Diuina Omnipotentia non potest creaturæ communicari

Dur. 1. 5. d. 4. q. 3.

Argum. 1.

secundum

Tertium

Quartum

Quintum

est intelligendum in ordine ad suam potentiam, ut scilicet ex eo dicatur omnipotens, quia potest omnia sibi possibilia, aut in ordine ad potentiam quae cernitur in natura, ut scilicet ob id dicatur omnipotens, quia potest omnia possibilia naturae, si primum, igitur quaelibet creatura dicetur omnipotens, ut quae possit omnia sibi possibilia: si secundum, igitur eius omnipotentia non excedit potentiam, quae cernitur in natura, quod est absurdum.

Sextum.

Secunda conclusio his argumentis refutatur. Deus omnia potest, ergo Deus potest efficere quod implicat contradictionem. Consecutio probatur, quoniam alioqui illa distributio non esset absoluta, sed accomodata, huiusmodi autem distributio non est uniuersalis; sed determinata ad aliquid, ac proinde diuina virtus esset ad aliquid determinata, & per consequens non esset infinita.

Septimum.

Item, id quod implicat contradictionem non est simpliciter non ens, ergo est factibile. Consecutio nota est, antequam ens vero ex eo patet, quia implicans contradictionem includit simul esse, & non esse, quatenus includit esse, est ens, ac proinde neque rationem entis habet, neque non entis.

Octauum.

Deinde, Deus potest efficere ut unum corpus sit in diuersis locis, id quod defendunt magni theologi, illud ipsum non solum ratione ostendentes, verum etiam exemplis confirmantes ex historijs petitis. At hoc aperta continet repugnantia, nempe idem corpus iugulari, & non iugulari, mori & vivere, cale fieri, & non cale fieri, igitur diuina virtus ad illud etiam se extendit, quod implicat contradictionem.

Nonum.

Postremo, Deus dicitur omniscius, quia omnia simpliciter scit, ergo etiam dicitur omnipotens, quia omnia simpliciter potest, alioqui non fieret sufficiens distributio sub illo termino, omnia.

Scot. 1. 5.

d. 42. q. 1.

Gabr. 1. 5.

d. 42. q. 1.

Tertia porro conclusio non probatur doctissimo Scoto, 1. 5. d. 42. q. unica, quem eundem sequitur Gabriel eodem libro: d. 42. q. unica. Sequitur etiam Bassolis. 1. 5. d. 42. q. 1. ar. 2. Is enim putat Deum esse omnipotentem, esse solum creditum, non autem humana ra-

tionem, aut compertum, aut demonstratum. Caterum omnipotens apud Scotum accipi potest duobus modis, vno modo latius, altero modo pressius, & theologice, hoc est accomodate ad sensum catholicorum. Omnipotens priori modo est agens quod potest in quolibet effectum possibilem immediate, aut mediate, id est, cooperante causa proxima, & media. Omnipotens vero posteriori modo est agens quod potest in quolibet effectum possibilem immediate, id est, nulla causa media coagente. Ponuntur ergo de mente Scoti duae propositiones, quarum haec est prior. Naturaliter potest investigari, ac demonstrari Deum, hoc est primam causam efficientem, esse omnipotentem priori modo. Nam si potest naturaliter investigari, ac demonstrari, esse aliquod primum efficiens, naturaliter etiam potest concludi, illud esse omnipotens. At illud prius potest naturaliter investigari, & demonstrari, Nam philosophi solam rationem naturalem ducem secuti, illud & compererunt, & demonstrauerunt, igitur & hoc posterius potest naturaliter concludi. Sequela ex eo patet quia primum efficiens simpliciter, sit oportet agens vniuersale simpliciter, iam autem agentis vniuersalis simpliciter causalitatem nihil potest effugere.

Oipotens accipitur duobus modis a. pud scotum.

Secundum

Tertium

Quartum

Quintum

Sextum

Septimum

Octauum

Nonum

Decimum

Posterior propositio. Deum esse omnipotentem posteriori modo, non potest naturaliter investigari, sed illud est sola fide persuasum. Id probat Scotus multis rationibus, principio sic argumentatur. Si Deum esse omnipotentem naturaliter posset demonstrari, maxime ex hoc principio naturaliter cognito, nempe primum efficiens non solum habet potentiam actiuam eminentiorem, quam sit potentia actiuam cuiuscunque alterius cause, verum etiam habet in se eminenter potentiam actiuam cuiuscunque alterius cause, sed ex hoc principio minime illud ipsum conficitur, igitur, &c.

Primum

Minor ex eo intelligitur, quia huic rei aduersatur causarum superiorum, & inferiorum, ordo atque connexio. Nam & sol eminentiorem habet causalitatem quam bos, non tamen conceditur solem posse immediate, id est,

est,

est, non cooperante altera causa media, bo-
uem producere: quem tamen cum bove pro-
ducit.

secundū

Præterea, Philosophi non adhibuerunt
concursum causæ secundæ cum causa prima,
vt aliquam perfectionem adiungerent cau-
salitati primæ causæ, sed quandam potius im-
perfectionem. Nam cum causalitas primæ
causæ sit perfecta, si ageret immediate, id est,
nulla causa secunda concurrente, proculdu-
bio ageret secundum vltimum suæ poten-
tiæ, & ideo semper produceret effectum per-
fectum, vt igitur causa prima produceret im-
perfectum effectum adhibendum censue-
runt concursum causæ secundæ, qua median-
te tanquã causa imperfecta, produceret pri-
ma causa effectum imperfectum.

tertium

Præterea, Philosophi non potuerunt per
rationem naturalem concludere Deum pos-
se contingenter agere, ergo neque posse im-
mediate in quencunque effectū, quem alio-
qui potest producere alijs causis medijs con-
currentibus.

tertium

quartū

Adhæc multi philosophorum posuerunt
Deum agere ex necessitate naturæ, igitur si
præterea posuissent Deum esse omnipoten-
tem illo posteriori modo, proculdubio negaf-
sent omnem aliam cuiuscunque causæ secun-
dæ causalitatem, quam tamen non negaue-
runt, sed admiserunt potius. Sequella pro-
batur. Nam causa necessario causans, in quo-
cunque instati comparatur ad effectum, ne-
cessario in eodem instanti causat, & agit, sed
causa superior prius comparatur ad effectū,
quam causa inferior, & per te est omnipotēs,
ergo in illo instanti producit effectum totū
ac per consequens in secūdo instanti, in quo
comparatur causa secunda ad eundem effe-
ctum, nihil relinquitur causandū, & ita cau-
sa secūda nihil potest efficere, igitur si Deus
agit necessitate naturæ, & est omnipotens,
omnis ē medio tollitur causalitas causæ se-
cundæ.

quintū

Postremo philosophi pro axiomate ha-
buerunt ex nihilo nihil fieri, quia aliud non
viderunt in natura, igitur sequendo naturæ
inuestigationem, non videtur sic Deum esse

omnipotentem, vt possit aliquem effectum
producere, alia causa media non concu-
sante.

Hinc colligit Scotus, Hoc principium ne-
pe, quidquid potest causa effectiua prima cū
causa secunda, potest se sola efficere, non ef-
se cognitum lumine naturali, sed solum ef-
se creditum.

Corolla-
rium.

Et confirmatur, quia si philosophis omni-
potentia ad sensum catholicorum fuisset cō-
perta, non negassent multas veritates, quas
fides catholica tradit, quas cum negent, ne-
que admittant, videtur quod Deum sic esse
omnipotentem minime intellexerint, vt
possit immediate in quemlibet possibilem
effectum. Hæc est refutatio tertie conclu-
sionis.

refutatio
quartæ con-
clusionis.

Quarta conclusio. His argumentis refel-
litur. Quemadmodum Deus est omnipo-
tens, sic etiam est omniscius, sed omnium
sciencia concessa est animæ Christi, ergo &
omnipotentia.

refutatio
quartæ con-
clusionis.

Præterea, Matth. 17. dicitur, omnia possi-
bilia sunt credenti, sed posse omnia possibi-
lia est esse omnipotentem, igitur cum fi-
des communicetur creaturæ, sequitur vt ex
consequente eidem communicetur omni-
potentia.

Primum
secundū

DILVTIO ARGVMENTO-
rum.

AD primum respondetur, peccata non cō-
tineri sub possibili, quod est obiectum
omnipotentia, Nam illud possibile est ens,
peccatum est nō ens, Item illud possibile est
non repugnans omnipotentia, Ac peccare re-
pugnat omnipotentia. Nam peccare est de-
ficere a perfecta actione, vnde peccare est a-
gendo deficere, iam autem omnipotens nō
potest in agendo deficere, si enim deficeret,
iam non esset omnipotens.

Ad r.
Peccare
nō cōtine-
tur sub
possibili
quod est
obiectū
omnipotē-
tia -

Sunt qui dicant, facere accipi duobus mo-
dis, positue scilicet & negatiue. Facere posi-
tiue est, aut rem de nouo efficere, aut effe-
ctam conseruare. Facere vero negatiue est,
aut non facere oppositum, aut non prohibe-
re cum possit. At hoc posteriori modo res

Facere ac-
cipitur
aut posi-
tiue, aut
negatiue.

quæ

DISTINCT. 42. DE DIVINA OMNIP.

res quae non sunt, Deus dicitur facere non esse, cum eas non producit in esse. Hoc modo loquitur August. 12. de Civit. Dei, cap. 17. sic inquit, Res quas Deus condidit, & ut prius non essent egit, quoad non fuerunt, & ut posterius essent, quando esse ceperunt. Hec distinctio desumpta est ex doctrina D. Anselm. in libro de casu diaboli, cap. 1. Quo loco sic ait. Deus dicitur multa facere, quae non facit, ut cum dicitur inducere in tentatione, quoniam non defendit a tentatione, cum possit, & facere non esse, quod non est, quoniam cum possit, non facit esse. Vide Greg. 1. 5. d. 44. q. 1. & Gabrielem, 1. 5. d. 43. q. 1. unica, ar. 1. dicitur igitur hi auctores Deum posse facere omne possibile, aut primo aut secundo modo modo. Petrum igitur peccare potest Deus facere, non priori modo, sed posteriore, nempe non prohibendo, aut impediendo, cum tamen impedire posset, ne peccaret. Unde inquit August. in Enchirid. cad. 14. omnipotenti bono, quam facile est quod vult, esse se facere, tam facile est, quod non vult, esse non sinire.

Quod vero attinet ad secundam primae argumenti partem, qua ostenditur Deum non posse falsum dicere, aut mentiri, notandum quibusdam visum esse, Deum posse falsum dicere, id vero sic volunt esse persuasum. Deus de facto per prophetas suos dixit falsum, ergo Deus potest falsum dicere. Consecutio nota est, antecedens ostenditur. Deus praecepit Ionae, cap. 3. ut praediceret everisionem Ninive, & tamen illa subversio non est consecuta, Deo per poenitentiam Niniuitarum placato, & ad mansuetudinem, & misericordiam traducto, ut ibi dicitur, & misertus est dominus super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret. Item Esaias, Dei iussu, praedixit Ezechiae imminentem mortem, inquit, Dispone domui tuae quia morieris tu, & non viues. Id quod tamen non evenit: imo vero adiecit ei Deus quindecim annos vitae. Item 3. Reg. cap. ult. legitur Deum dixisse: Quis decipiet Achab, & egressus spiritus mendax, & stetit coram domino, & ait. Ego decipiam illum. In quo? & ille ait. Egrediar, & ero spi-

ritus mendax in ore omnium prophetarum eius, & dixit dominus: Decipies & praevaleris, egredere & fac ita. Nunc igitur ecce dedit dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, &c. Item, Israelitae Dei iussu petierunt ab Aegyptijs vasa argentea, quasi ea essent reddituri, & tamen ea non erant reddituri, Deo sic praecipiente. Item, Rebecca Dei admonitu, praecepit Iacobo, ut fratris Esau benedictionem surriperet, & affirmaret se esse Esau fratrem, in quo aperte mentitus est. Divina ergo auctoritate quidam alios deceperunt, ergo & per seipsum potest Deus alios decipere.

Adiungunt praeterea ad id ostendendum rationes. Principio sic argumuntur. Quid quid creatura potest Deo coagente, potest Deus per seipsum, nullo alio coagente facere: sed creatura, coagente Deo, potest dicere falsum, Deus igitur per seipsum, nullo coagente, potest dicere falsum.

Item, Deus mediantibus causis secundis, causa esse potest erroris, & deceptionis, igitur & per se ipsum illud potest. Consequenter nota est, Nam quidquid Deus potest efficere cum causa media coagente, aut per causam mediam tanquam instrumentum, potest se solo facere. Antecedens vero patet ex superioribus exemplis. Nam Deus Isachum decepit per Iacobum, & Aegyptios, per filios Israelis, & Acabum Regem per prophetas falso vaticinantes: Quos omnes affirmat August. in lib. 83. q. 53. non sine divina auctoritate, & iussione fuisse deceptos.

Tertio, Deus per se est author omnis mali poenae, sed errare, ac decipi est malum poenae. Dicitur enim Ezech. 14. si homo qui posuit immunditias in corde suo venerit ad prophetam, interrogans me per eum, ego respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, & propheta cum erraverit, & locutus fuerit verbum, ego dominus decepi prophetam illum. Item, secundo Thesal. 2. inquit Paul. quia veritatem non receperunt, immisit illis dominus operationem erroris, errare igitur, & decipi est malum poenae inflictu a Deo pro culpa, eius igitur est author.

August.

allo 100
muit

Anselm.

Grego.

Gabr.

August.

Vtrū des
posset fal
sum dice
re.

opinio
quorū dā
1. Aug.

Ioan. 36

secundū
Isai. c. 36

Yerulm
3. Reg. c.
Vlt.

Thesal. 2

Quartū

Quintū

Sextum.
Ostendi-
tur Deum
posse fal-
sum dice
re.

Ratio. 1.

Ratio. 1.
Septimū

August.

Octavū
3. ratio.
Ezech. 14

2. Thes. 2

Nonum.

Postremo

Postremo, Deus revelavit ecclesiae Antichristum fore, & voluit a nobis illud esse creditum, imo vero ipse causat in nobis assensum huius complexi, Antichristus erit & tamen possibile est Antichristum non fore. Siquidem Deus per nullam predictionem etiam absolutam necessitatur ad faciendum futurum, ergo possibile est Deum fuisse mentitum, & alium decepsisse. Cōsequenter probatur, Nā Deus revelavit ecclesiae Antichristum fore, & voluit ut huic enūciabili, Antichristus erit, assentiremus, & eo authore assentimus & credimus, & tamen Antichristus non erit, ergo ecclesiae dixit Deus falsum, ipsamque decepsit. His argumētis aliqui volunt esse persuasum, Deum posse falsum dicere.

Ceterum quia hoc potest intelligi aut de facto, aut de possibili, proinde huius sententiae authores diuiduntur. Nā quibusdam visum est, Deum aliquando fuisse mentitum, id quod exemplis supra allatis confirmat, in hac opinione fuerunt Armenij, ut refert Alfonso a Castro, in summa de Hæresibus, verbo, Deus, heresi. 3.

Alij, etsi negent Deum aliquando fuisse mentitum, id tamen Deo esse factum possibile non inficiantur, possibile inquam non de potentia ordinaria sed absoluta, quæ nullis legibus, & nullis ordinationibus est addicta, sed attingit quidquid non implicat contradictionem. In hac sunt sententia theologorum quidam recentiores in quibus est Petrus de Aliaco. 1. 5. d. 12. ar. 3. Holcot in. 2. q. 2. & in 3. q. 1. Adā in 3. q. 5. Hos subsequitur Gab. 3. d. 12. q. unica, ar. 3. dubio 1. & d. 38. q. unica.

Si obijciat eis, potest igitur Deus peccare, siquidem mendacium omne sit peccatum. Respondet bifariam, vno modo negando consequentiam, Nā si deus falsum aliquid assereret, illa tamen falsa assertio non esset mendacium, Nā etsi sit falsa vocis significatio cum intentione fallendi, illa tamen intentio non esset deordinata. Iam autem cum Augustinus ait in libro de mendacio, Mendacium esse falsam vocis significationem cum intentione fallendi, illud est intelligendum, cum intentione deordinata. Cum igitur in Deum cadere non possit deordinata intentio, tamen si falsum assereret, illa tamen falsa assertio non esset mendacium. Altero modo respondet concedendo

do illam falsam assertionem esse veram, & proprie mendacium, non tamen esse peccatum: siquidem non omne mendacium sit peccatum, sed illud quod profertur a creatura contra legem Dei.

Horum sententiam secutus videtur Erasmus qui in scholijs tom. secundi operum D. Hieronymi, affirmat, mentiri, cum res postulat, non esse piaculum, id quod probat primum, tum quia Plato in libris de repub. velit custodes, siue praefectos civitatum callere artem mentiendi, & populo imponere, quoties id exigit utilitas, reliquis autem mentiri vetat. Tum secundo, quia dominus Deus in lege Mosaica tam multas ceremonias institutas esse voluit: non ob aliud, quam ut populo imponeret. Eas siquidem D. Hieronymus traditas fuisse docet, ne in Deorum cultum populus delaberetur, tum tertio, quia multos viros probos, & Deo gratissimos legimus vfos fuisse mendacio, ut Abrahamum, Iacobum, &c. Tum quarto, quia quæ scribit Augustinus de mendacio, quæque a theologis de mendacio disputatur, partim eiusmodi sunt, quæ ut sint maxime vera, tamen a communi sensu abhorreant: durum enim esse videtur pro servanda vita hominis, non licere homini mentiri. Origenes etiam, ut author est D. Hieronymus in Apologia contra Rufinum, licere etiam putavit, quandoque mentiri.

Nos vero contra horum sententiam, & opinionem nonnullas subijcimus conclusiones.

Prima conclusio. Mendacium est intrinsece malum, ita ut nullo euentu, & pro nulla re siue assequenda, siue vitanda liceat unquam mentiri. Hæc conclusio est expressè diu. August. lib. 1. contra mendacium, cap. 1. & ultimo. Et in Enchiridione, cap. 18. & 22. Est etiam sententia Alexandritertij cap. super eo, de v. s. Quo loco docet sacram scripturam, prohibere mendacium, etiam pro vita hominis conservanda. Est etiam communis theologorum sententia, quam efficacissima ratione ostendit D. Thomas 22. quæst. 110. ar. 3. quam eandem desumpsit ex Augustino in Enchiridione, cap. 22. Porro ratio est huiusmodi verba sunt instituta ad significandum alijs, quod mente conceptum gerimus, igitur, uti verbis ad significandum aliud

Erasmus.

August.

Origenes.

August.

Alex. 3.

Communis theologorum sententia.

ab eo quod conceptum aio tenemus, est abuti verbis, id est, eis uti contra quod postulat, ipsorum natura, est igitur illud ex se malum atque peccatum. Hae eadem ratione utitur Gratianus, 22. q. 2. cap. 15.

Gratianus

Confirmant conclusionem literae sanctae ubiq; mendaciū dānantes, atque derestantes

Psal. 5.

Psal. dicitur, Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Expendens hae prophetae verba

August.

Augustinus in libro contra mendacium, cap. 1. Notanter ait, dixit propheta, Perdes omnes, ut scilicet vniuersali prolata sentētia ne minem hominum profertentem mendaciū excusaret.

Psal. 14.

Item, psal. 14. post interrogationem, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Subiungit, qui loquitur veritatem in corde suo. Caterum quia alicui potuit videri mendacium cordis esse peccatum, nō itidē oris, id quod Priscialinistis visum est, qui, ut refert August. in libro de mendacio, ca. 9. putauerunt licere aliquando mentiri ad veritatem occultandam, non quidē proximis, sed alienis, ad hunc errorem tollendum, adiecit propheta Neq; fecit dolū in lingua sua.

Priscialinistis visum est, licere aliquando mentiri.

Itē sapiens in ijs quae Deus habet exosa, numerat etiam linguam mendacē. Item prou. 12. dicitur abominationem esse domino linguam mendacem, siue labia mendacia.

Prou. 12.

Item ad Eph. 4. Deponentes mendacium loquimini veritatē vnusquisque cum proximo suo. Item in loā. 8. de diabolo dicitur, quod cum loquitur ex proprijs, loquitur mendaciū, quia mendax est & pater mendacij.

Aristot.

Hae etiam veritas philosophis innotuit, Nanque Arist. 4. Ethic. cap. 7. docuit, mendacium esse per se malum, & fugiendum, iā autem quod est per se malum, nullo vnquā euentu fieri bene potest, neque vlla circumstantia coonestari. Faceffat igitur illorum opinio, qui asserunt mendacium non esse intrinsece malum, ac proinde pro loco, re, & tēpore, licere mentiri.

2. concl.

Deus per nullā potentia potest aut per se aut per hū mentiri.

Secunda conclusio. Deus per nullam potentiam, neque per se, neque per alium potest mentiri, aut falsum dicere. Probationi huius conclusionis nonnulla praemittimus atque praepoimus. In primis praemittimus,

Mendacium esse falsam significationem vocis, cum intentione fallendi. Hae descriptio est Augustini in libro de mendacio, cap. 3. & 4. quam eadem definitionem amplexatus est Magister, in 3. d. 38. & sequitur Gelasius, di. 22. q. 2. cap. Beatus.

Mendacij descriptio.

Secundo praepoimus, eum proprie fallere, qui dicēdo falsum est in causa ut alter decipiatur. Dicitur notanter, dicendo falsum, Nam vsu venire potest, ut altero dicente verum, alter decipiatur, id quod prouenit non quidem ex veri enunciatione, sed ex praua intelligentia illius veri, vnde in huiusmodi euentu dicens verū, non decipit, sed audiēs verum decipitur, verbi gratia, Ioan. 11. Dixit Christus Apostolis, Lazarus amicus noster dormit. Hoc audito Apostoli fuerunt decepti, existimantes Christum loqui de dormitione cōsuetā, & non de lethali somno mortis. Item Matth. 26. Christus dixit Iudaeis, Soluite templū hoc, & in triduo reedificabo illud. Id quod Iudaei de templo Solomonis accipientes sunt decepti, vsque adeo ut hoc dictum Christo, per calumniam impegerint, hoc est, ex eo calumniandi Christi occasionem sumpserint. Huc pertinet, authore Gregorio Arimino. 1. d. 43. q. 2. ar. 1. omnes Metaphoricae locutiones, quae ad sensum profertentis sunt verae, licet quoad significationē propriam verborum, sint falsa. Hoc modo inquit Gregor. Christus in Euangelio multas propositiones secundum se falsas protulit, quibus tamen non falsa, sed vera significauit, veluti, quod ipse esset vitis, pater agricola, nos palmites.

2. notabile.

Metaphoricae locutiones ad sensum profertentis sunt verae, At quoad significationē propriam falsa.

Tertio praepoimus, duplicem considerari in Deo potentiam, vnā ordinariam, alteram absolutam. Potentia ordinaria, siue ordinata illa dicitur a Theologis, quae subest diuinis legibus, & institutis, id est, quae ad ea sola se extendit, quae saluis diuinis legibus fieri possunt. Absoluta vero illa dicitur, quae nullis legibus huiusmodi coeretur, sed ad omne illud se porrigit, quod est factu possibile, cuiusmodi est illud omne quod non implicat contradictionem.

Potentia ordinaria.

Potentia absoluta.

Deus per se, de potentia ordinaria, non potest mentiri
 His in hunc modum prenotatis ostenditur quod Deus de potentia ordinaria neque per se immediate, neque per alium potest mentiri, aut falsum dicere, cum intentione fallendi, siue ea intentione ut alter decipiatur, & assensum prebeat falsitati. Deus per se non potest facere malum, atque mendacium est intrinsece malum, igitur Deus per se non potest falsum dicere. Minor iam patuit ex prima conclusione, Maior patet ex omnium consensu, non enim est iniquitas apud Deum, qui est summa bonitas, quemadmodum enim non esse stare non potest cum esse, ita etiam malitia stare non potest cum summa bonitate, siue cum ipsa essentia bonitatis.

Confirmatur conclusio, testimonijs scripturæ. Num. 23. dicitur, Neque enim homo est Deus ut mentiatur: Item ad Rom. 3. Est enim Deus verax, omnis homo mendax. Item, 2. Timoth. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare non potest.

Deus de potentia ordinaria, per alios non potest mentiri.
 Quod autem Deus per suos ministros siue bonos, siue malos, eadem potentia non possit mentiri, siue decipere, hinc patet. Eiusdem rationis est aliquid facere, & precipere illud fieri, atque Deus per se non potest mentiri, ut iam docuimus, ergo neque illud potest precipere, ac proinde per alios non potest mentiri. Maior patet quia precipiens est causa eius, quod ipso precipiente fit.

Hæbr. 1.
 Secundo, id quod Deus per alios loquitur, dicitur ipse loqui, unde Paul. ad Hæbr. 1. ait, Deum fuisse primum locutum patribus in prophetis, nouissime vero locutum fuisse nobis in filio, igitur si Deus per alios posset mentiri, & fallere, proculdubio ipsemet diceretur fallere, & mentiri.

Tertio, sequeretur sacræ scripturæ prophetis, & apostolis inspiratam, & ab eisdem nobis traditam, esse nullius, aut certe exiguæ auctoritatis. Nam si deus saltim per ministros suos posset mentiri, fallere, & decipere, liceret nobis de veritate sacræ scripturæ, & similiter etiam de sacrorum conciliorum veritate, in ijs quæ ad fidem pertinent, dubitare, quod est manifeste hæreticum.

Postremo, Nulla Dei promissio, quæ per alios faceret, esset firma, Nam si Deus per

alios posset mentiri, liceret utique de exhibitione suæ promissionis dubitare, contra quod sentit Paulus ad Hæbr. 6. quo loco agens de promissione facta Abraham per Angelum, sic ait: Abundantius volens Deus ostendere immobilitatem consilij sui, interposuit iurandum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est, mentiri Deum, fortissimum solatiū habeamus, qui confugimus ad propositam spem, quæ sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam. Iam si Deus per Angelum, per quem illam promissionem fecit, posset mentiri, proculdubio spes illa promissionis excludenda non esset sicut anchora firma ac tuta.

Neque est quod dicant aduersarij, Deum non posse mentiri per bonos ministros, posse autem per malos, ut constat ex superioribus exemplis, ac testimonijs. Et ideo non licet de veritate sacræ scripturæ dubitare, siquidem omnes ij, qui sacram scripturam conscripserunt, eamque nobis ministraverunt, fuerunt sancti, ut dicitur Luc. 1. Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius. Hæc, inquæ, euasio nulla est, tum quia illud mendacium omnino Dei auctoritate fulciretur, ac proinde ipsi Deo potius, quam homini tribueretur, tum quia si ex præcepto, vel de consilio Dei impius mentiretur, cur non etiam & pius? Nam cum vterque Dei auctoritate mentiatur, vterque a culpa excusabitur.

Porro quod Deus, neque de potentia absoluta, per se aut per alium, possit mentiri, aut falsum dicere, contra quod Gabriel, Aliaco, & alij, quos supra commemorauimus, opinati sunt, patet primum ex Augustino ex Dei omnipotentia colligente, Deum non posse mentiri. Sic enim ait lib. 1. de Symbolo, cap. 1. Cum sit omnipotens mori non potest, falli non potest, mentiri non potest. Et subiungens probationem ait, quia si hoc in ipso esset, non esset dignus quod esset omnipotens. Atque omnipotentia Dei non attenditur secundum potentiam ordinatam, sed absolutam, per quam omnia potest, cum igitur Augustinus ab ipsa Dei omnipotentia excludat posse mentiri efficitur ut hoc ipsum et excludat

Hæbr. 6.

Euasio ad uersariorum.

Refuta- tio euasio- nis.

Deus ne- que de po- tentia ab- soluta po- test menti- ri. ratio. Augusti.

ab absoluta ipsius potētia, ac proinde Deus, neq; de potentia absoluta potest mentiri. Et confirmatur quia Augustinus similiter negat Deum posse mori, & posse mentiri, ac neque de potentia absoluta potest mortem subire, ergo neque mentiri, siue falsum dicere. Adde, quia cum sit impossibile absolute Deū non esse omnipotentem, est etiam impossibile absolute, Deum posse mentiri, & hoc significat Augustinus, cum ait, Si mori posset, si mēiri, si falli, si fallere, si inique agere, non esset oīpotens, cū igitur sit absolute impossibile Deū non esse oīpotentem, efficitur ut sit e. iā impossibile absolute Deū posse mēiri.

1. ratio. Præterea id quod detrahatur oīpotētiæ Dei tot ac tanta mirabilia efficiēti, detrahatur eius potētiæ absolutæ, per quā facit mirabilia supra ordinē, cursumq; naturæ. At mentiri posse detrahatur oīpotētiæ Dei, igitur detrahatur eius potētiæ absolutæ. Maior est nota, & Minor est Augustini 22. de Civitat. Dei, cap. 25. quo loco sic ait: Cum de omnipotentia Dei, quæ tot ac tanta facit mirabilia tā multa dixerimus, si volunt inuenire, quod omnipotens non potest, habēt prorsus. Ego dicam mentiri non potest.

2. ratio. Tertio, si Deus posset mentiri, Deus posset non esse Deus, At per nullam potētiā Deus potest non esse Deus, igitur per nullam potētiā Deus potest mentiri. Sequela partim est Augustini, partim Anselmi Ac August. 5. Confessionū libro, cap. 5. hinc concludit Manichæum nō esse spiritum sanctum, id quod ipse Manichæus sibi arrogabat, quia in libris suis multa falsa scripserit, & docuerit, quæ conclusio nihil haberet firmitatis, si possibile esset Deū posse falsum dicere: Quo circa si Deus falsum posset dicere, non esset Deus vel certe posset nō esse Deus. Anselmus vero in libro Cur Deus homo, cap. 12. sic ait. Non enim sequitur, si Deus vult mentiri, iustū esse mentiri, sed potius Deum illū non esse. Ex quibus Anselmi verbis hæc consequētia formaliter colligitur, si Deus vult mēiri, Deus non est Deus.

3. ratio. Quarto, quæ admodum deus est bonus per naturam, sic etiam est per essentiā verax, ac

qui Deo per naturam bono repugnat velle, aut facere malum, ergo & ipsi Deo per naturam veraci repugnat dicere falsum. Firma est conclusio. Nā quæ contrarietas est boni ad malū, eadem omnino est veri ad falsum. Maiori propositioni fidē facit authoritas D. Pauli ad Rom 3. Deus verax est, omnis autē homo mendax, Quibus verbis nō significat Paulus omnes homines uti mendacio, sunt enim quidam qui a mendacio vehementer abhorrent, student autē veritati, sed significat homines eo esse ingenio, & natura, ut possint mēiri. Ex quo fit, ut cum dicat Deū esse veracem, significet Deum esse per naturam veracem, ac proinde per naturam non posse mentiri.

Quinto, tamen est Deus alienus a falsitate, quam est alienus ab iniquitate, dicitur enim Deut. 32. Fidelis Deus, & absq; vlla iniquitate, Fidelis inquam in verbis, & promissionibus suis, adiecit autem, & absq; vlla iniquitate, ut significaret tam esse Deū alienū a falsitate quam est alienus ab iniquitate, At Deus sic est alienus ab iniquitate, ut per nullam potētiā possit, neque per se, neq; per alium iniquitatem facere, igitur neque per se, neque per alium falsum dicere.

Postremo hoc suaderi potest philosophorum de Deo testimonijs. Etenim philosophi Deo tribuunt, esse purissimum actum, & purissimam veritatem, iam quemadmodum repugnat purissimo actui habere aliquid potentialitatis admistum, sic etiam pugnat, purissimæ veritati falsitatis aliquid & dolositatis admisceri.

Item philosophi Deo tribuunt esse summū bonū, quo non est dabile maius, esse summum ens, quo non est aliud maius, esse etiā summū verū quo maius aliud neq; dari, neque fingi animo pōt. Ex quo subinde conficitur, Deū neq; per se, neque per aliū posse falsum dicere. Nā si per se, aut per aliud posset falsum dicere, proculdubio dari, aut certe excogitari animo posset aliquod verum maius illud scilicet, quod neq; per se, neq; per aliū, potest falsum dicere, ac proinde Deus non esset summæ verus.

opinio que tenet Deum posse metiri esse erroneam, & ab Ecclesia damnanda Gregor. M. Canus

Hæ rationes tantam vim habent, ut omnino conuincant, eam opinionem, quæ tenet Deum; saltem de potentia absoluta, posse per se, aut per alium mentiri, esse erroneam, & dignam quæ ecclesiæ censuram subeat, ab eaque damnetur. Huius questionis accuratam tractationem vide apud Gregorium Ariminensem, cap. 5. d. 423. 4. quest. 2. & apud M. Canum, lib. 1. de Loc. theologicis, cap. 3.

Reliquum est, ut diluamus argumenta quibus videbatur ostendi Deum saltim per alios fuisse aliquando mentitum.

Ad 1. Ad primum igitur respondetur, illam prædictionem non fuisse absolutam, sed comminatoriam, & conditionalem, non quidem conditione expressa, sed sub intellecta, nempe si Niniuitæ pœnitentiam non susciperent: quam cum susceperint, Deus illis ignouit.

Augustinus 21. de Ciuitate Dei libro, cap. 25. omnino fuisse impletam ait Prophetiam non quidem quoad subuersionem hominum, sed quoad subuersionem malorum morum. Subuersa est, inquit, Niniue, quæ mala erat & bona ædificata quæ non erat, stantibus enim manibus, & domibus euerfa est ciuitas in perditis moribus.

Ad 2. Ad secundum respondetur eodem modo, Nanque illa prædictio non fuit absoluta, sed conditionata, non definitiua, sed comminatoria. Porro conditio intellecta erat huiusmodi, si relinqueris cursui naturæ, & ordini, ac dispositioni causarum, morieris. Id quod erat proculdubio euenturum, iuxta cursum, ordinemque naturalium causarum, quem tamen ordinem Deus impediuit, salutem illi corporis supernaturaliter impendendo. Vnde Diuus Thomas 22 quest. 172. ar. 6. ad secundum, hunc locum sic exponit. Corporis tui atque adeo inferiorum causarum dispositio postulat, ut moriaris. Sic etiam explanat illud Ionæ, Niniue subuertetur, id est, peccata vestra exigunt ut Niniue subuertatur.

Ad 3. Ad tertium respondetur, posuisse dominum spiritum mendacij in ore propheta-

rum, non quidem positiuè influendo, aut præcipiendo, sed permittendo. Permissic enim dominus ut spiritus mendax per ora prophetarum Acabo loqueretur, & Achabum deciperet. Vide Thomam de Malo, quest. 3. ar. 1.

Ad quartum respondetur, Deum simulationem illam non præcepisse, sed permisisse potius, ut annotauit Augustinus in libro 83. q. 53. sic aiens, factum est ut iuberet Deus, vel potius pro illorum cupiditate permitteret, ut vasa aurea, & argentea, & peterent ab Aegyptijs non reddituri, & acciperent quasi illa reddituri. Sic etiã Deus permisit illis, ut vxores repudiaret, ppter duritiæ cordis eorũ.

Ad quintum de Iacob patriarcha varie respondetur. Sunt enim qui in genue fateantur Iacobum verbis illis fuisse mentitum, ceterũ de illo mendacio nõ sentiunt eodem modo. Sunt enim qui dicant Iacobum mentiendo non peccasse, utpote quia diuino instinctu, & admonitu mendacium illud protulerit, quæ Dei authoritas mendacium eo honestat. Hæc est sententia Gabrielis, 3. d. 38. q. vñ ca ad secundũ. Est etiã Petri de Aliaco. 1. q. 12.

Alij vero contra asserunt. Aiunt enim patriarcham mentitum fuisse, & mentiendo peccasse, licet officiose, & minime perniciose. In hac sententia est Scotus loco supra citato, ait enim Iacob non quidem diuina authoritate, sed de matris consilio fuisse mentitum. Neque est, inquit, necessariũ ut patres veteris testamenti a mendacio officioso, aut iocoso excusemus. Nam cum apostoli perfectiorem legem habuerint, & copiosiorẽ gratiam sint consecuti, & nihilo minus mentiri potuerint saltim officiose, & venialiter peccare, iuxta sententiam D. Ioan. 1. cap. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, &c. non est quod patres veteris testamenti a mendacio excusemus. Sic etiam sentit Caiet. super Genesim 27.

Sunt tamen qui Iacob omnino a mendacio excusandum putent, in quibus est Augustinus, in questionibus super Genesim, quest. 74. & libro 16. de Ciuitate Dei, capit. 37. & in libro contra mendacium, cap. 10.

Ambro. Chrysoſtomus etiam, homilia ſexta in Epiſtola ad Col. Item, homilia 53. in Geneſim. Ambroſius, libro ſecundo de Iacob, & vita beata cap. 2. & 3. Excusant etiam Innocentius de diuortijs, cap. Gaudemus, Gratianus, 22. quaest. 2. capit. Queritur. Magiſter ſent. 3. d. 38. Quos eoſdem ſequuntur grauiſſimi theologi, Alexander Alenſis, 2. p. q. 139. membro 6. Diuus Thomas, 22. q. 100. ar. 3. ad tertium. Bonauentura, in expoſitione literæ ſupra allegatæ, quorum nos etiam ſententiam comprobemus.

Pro huius igitur ſententiæ explicatiōe prænotanda ſunt duo, illud eſt primum, nempe omnia geſta patrum veteris teſtamenti ſignificaffe aliquid futurum in nouo teſtamento, vt teſtatur Paulus 1. Corinth. 10. quo loco ait: Omnia patribus in figura contigiſſe. Item, ad Hæbr. 10. ait: Legem vmbra habere futurorum: id quod copioſiſſime ſimul & elegantiſſime docuit Auguſt. libro 22. contra Fauſtum, cap. 24. & 17.

Secundo illud eſt prænotandum de ſententiâ Auguſtini in libro contra mendaciū, cap. 10. quod ead dicuntur quæ ſignificantur, ſiue verbo ſiue facto ſignificentur. Ex quo colligit Auguſtinus, quod cum vera ſignificantur, vera etiam dicuntur.

His in hunc modum prænotatis facile intelligitur Iacob nō fuiſſe mentitum, id quod ſic colligo. Iacob verbis, & factis verū ſignificauit, igitur verū dixit, ac proinde nō eſt mentitus. Cōſecutio firma eſt, quoniā mendaciū eſt falſa vocis ſignificatio cum intentione fallendi. Reliquum eſt, vt oſtendatur antecedens, nempe quod Iacob verbo, & facto verum ſignificauerit. Primum, facto ſignificauit verum. Nam, vt author eſt Auguſtinus, eo facto, nempe quod ſibi pelles hædinas circumdederit, ſignificauit Chriſtum dominum quem Iacob ipſe adumbrabat, hominū peccata ſuſcepſiſſe. Deus enim, vt ait Iſaias, cap. 53. poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum, & ipſe peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. Verbis etiam ſignificauit verum. Nam cum dixit, Ego ſum filius tuus primogenitus, verum vtique ver-

Iſai. 53. 2. Petri. 2.

bis illis ſignificauit. Declarauit enim ſe illum eſſe, cui iure primogenitura debebatur. Nanque primogenitus aliquis dicitur duobus modis, vno modo natura, altero modo iure. Natura primogenitus ille eſt dicitur, qui prior natus eſt, iure vero ille, cui ipſo iure debetur primogenitura. Ac hoc modo Iacob erat primogenitus, tum quia ita Deus præſinierat, iuxta reuelationem factam Rebecce, nempe quod natu maior ſeruiturus eſſet minori, tum quia Iacob ipſe primogenituram comparauerat, Eſau ipſam diuendente. Dicens igitur ſe eſſe primogenitum, verum dixit. Hoc modo locum hunc expoſuit Gratianus, 22. q. 2. cap. quaeritur, §. in oppoſitum. Addens ſubinde exemplum deſumptum ex Matth. 11. Sic enim, inquit, dixit Chriſtus Ioannem eſſe Eliam, non quidem perſona, ſed munere, officio, & dignitate: ac virtutis imitatione. Etenim Ioannes in ſpiritu, & virtute Eliæ antecēſit Chriſtum venturum.

Poteſt etiam & hoc ipſum explicari accommodate ad doctrinam Diui Pauli, ad Roman. 9. quo loco ponit duo genera Iſraelitarum, vnum ſecundum carnem, alterum ſecundum ſpiritum, hoc eſt, ſecundum fidem, & promiſſionem. Non omnes, inquit Paul. qui ex circuncione ſunt, Iſraelitæ ſunt, neque omnes qui ſemen ſunt Abrahamæ, ſunt filij Abrahamæ, ſed qui filij ſunt promiſſionis computantur in ſemine. Filij autem promiſſionis in ſemine computati ſunt Gentiles ad populum Dei aſciti, & in locum Iudæorum ſuſſecti. Quemadmodum igitur populus gentium in locum Iſraelitici populi ſuſſectus, eiſque fidei, & promiſſionum hæres dicere potuit, Ego ſum ſemen Abrahamæ, ita etiam Iacob cui iure debebatur primogenitura Eſau, vere & iure dicere potuit, Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau.

Ad ſextum, quod eſt fundamentum aduerſariæ opinionis, reſpondetur illam Maiorem non eſſe vniuerſaliter veram. Nam creatura Deo coagente poteſt facere

Primogenitus dicitur duobus modis.

Iacob primogenitus

Gratianus Luc. 1.

Duo genera Iſraelitarum nempe ſecundum carnem & ſecundum ſpūm.

Ad 6.

actio.

Quacuſque enitatur Deus factus cum carne media factus potest loquere

D. Y. in q. malo ar. 2.

Ad 7.

Et est n. cium Deus fare, amē mēd eayf

actionem peccaminosam, & tamen illam Deus se solo non potest facere. Item creatura Deo coagente potest facere actionem meritoriam, illam tamen Deus se solo non potest facere. Homo etiā Deo cooperante generat hominē carnali generatione, id quod tamē Deus solus non potest prestare.

Quascūq; entitate Deus facit cū causa media efficiua, pot se solo facere.

Est tamen illa propositio vniuersaliter vera sub hoc sensu. Quancūq; entitatem Deus facit cū causa secunda, potest se solo efficere. Quocirca cōcedimus illā entitatem quae est mendacium posse Deum se solo efficere ceterum illa entitas non esset mendacium, aut deceptio formaliter. Sic etiā quidquid est entitatis in actione peccaminosa in Deū refertur tanquam in causam primam efficientem, id vero quod est defectus refertur in causam proximam deficientem. Huius porro rei hęc est ratio, quia quando aliqua actio procedit a duobus agentibus, ab vno quidē vt efficiēte, ab altero vero vt deficientē, id quod est perfectionis attribuitur efficiēti, id vero quod est defectus attribuitur deficienti, vt patet in claudicatione, in qua quid quid perfectionis reperitur attribuitur virtuti motrici, quidquid vero imperfectionis attribuitur tibia.

p. Thom in q. de malo, q. 3 ar. 2.

Quidquid igitur entitatis est in errore, mendacio, & deceptione, hoc Deus non solum coagente creatura coefficet, verum etiam se solo potest efficere, quidquid vero imperfectionis, & defectus, hoc neque coefficet neq; solus potest efficere. Sed id totum libero hominis arbitrio attribuitur.

Ad 7.

Hinc iam patet ad septimum argumentum responsio. Deus enim causa media coagente est causa deceptionis, & erroris quoad id quod entitatis, & perfectionis in eo reperitur secus quoad defectum qui in errore reperitur. Vnde illam rem, quae est error potest Deus causare, non tamen iā inde sequitur vt Deus possit fallere, aut decipere: nō enim res illa vt causata a Deo est error, aut deceptio.

Rē quae est mendacium potest Deus causare, non tamē potest mendacium causare.

Cā' erum quia argumentum sumit Deum esse causam erroris, & deceptiōis mediātibus causis secundis tanquā instrumētis, & non solum tanquam coagentibus, negādum est

illud quod sumitur. Ad probationes vero iā est supra responsum. Nā neq; Iacob est mentitus, vt qui & dicto, & facto verū significauerit, neq; Deus deceptionem Acabi imperauit, sed permisit. Nam verba illa egredere, & fac, non sunt precipientis sed pronunciantis potius, & praedicentis id quod euenturū erat, quemadmodum & illa Ioann. 2. Soluite templum hoc, & illa Ioann. 3. Quod facis, fac citius. Quocirca verba illa egredere, & fac idem valēt quod egredieris, & facies: sic enim prius dixerat Deus, decipies, & praualebis.

Porro filijs Israelis Deus non praecipit, vt peterēt nō reddituri, sed vt peterent vasa aurea, & argentea, vt patet ex cōtextu. Id quod & Deus potuit praecipere, & populus ipse citra mendaciū, & fictionē exequi. Quod si Israelitē petierūt nō reddituri, & Aegyptij sunt decepti, existimātes se accōmodata recepturos, hoc permissu Dei effectū est, nō iussione & imperio. Non igitur Deus deceptor est, vt inquit Augustinus locis supracitatis, id siquidē de Deo sentire nefariū & impium est.

Ad octauū respondetur duplex esse malū poenae, vnū quod est poena solū, & nō culpa, alterū quod est poena simul, & culpa. Deus igitur author est poenae, quae poena solū est, & non culpa, non autem eius poenae quae simul est poena, & culpa. Quocirca cum scriptura dicit Deum esse authorem mali poenae id est accipiendum de malo poenae quod poena est solum, & non culpa. Cum autem scriptura dicit, Deum in prophetas spiritum erroris, & mendacij immittere, vt falsam doctrinam tradant ijs, ad quos mittuntur, & prauis eos opinionibus imbuant, id quod nostram memoria Germanis contigit, misso ad eos Martino Luthero homine perditissimo, id non secundum imperium, aut efficiēter, sed secundum permissionem est accipiendum. Nam vt inquit D. Gregorius super Ezechielem, homelia. 12. peccatis hominū interdum efficitur, vt dominus Deus mittat ad eos falsos doctores, & praedicatores, qui pseudo apostoli, & pseudo prophetae dicuntur, qui eis falsa praedicent, & falsis eos opinionibus imbuant. Peccatis

Ad 8. Malū poenae duplex.

Quomodo sit accipiendū Deū esse authorō mali poenae, erroris, & mendacij.

Lutherus perd. tit. 1. limus.

etiam hominum consulentium prophetas interdum efficitur ut doctores ipsi, & propheta respondendo errent, & in errorem eos, quos docent, inducant: idque diuino permisso. Lege Hadrianum quod lib. 4. ar. 1.

Quomodo sit accipiendum Deum aliquos tradere in desideria cordis:
Hinc habes intelligentiam illius apud Paulum ad Roma. 1. positae sententiae. Propterea tradidit eos in desideria cordis eorum, in immundiciam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Item, propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiae, id siquidem accipiendum est, non efficienter, sed permissiue, quemadmodum etiam cum Deus dicitur indurare, & excacare.

Hereticorum error confutatur.
Faceffant igitur Haeretici, in quibus est Lutherus, qui superioribus scripturae testimonijs adducti affirmauerunt, Deum aequum malum, atque bonum operari, neque minus esse opus Dei perditionem Iudae, quam uocationem Pauli, contra quod asserit scriptura Osee. 3. perditio tua ex te Israel, tantum modo ex me auxilium tuum. Quid ad confutandum hunc errorem dici potuit apertius? Item Sap. 14: dicitur. Odio sunt Deo impius, & impietas eius, Deus igitur non coefficet cum impio impietatem, sed solum iusto iudicio permittit, consecutio firma est, siquidem Deus diligit omnia quae sunt, & nihil odit eorum quae fecit, Sap. 11.

August.
Deinde hos eosdem haereticos ratio ipsa confutat: Nam auctore Augustino in libro 83 q. q. 3. Nullo sapiente auctore aliquis fit deterior, At qui Deus est summe sapiens, Deo igitur auctore nemo fit deterior. Item eodem Augustino auctore, nemo est auctor eius cuius est ultor. At Deus est ultor peccati, non est igitur auctor peccati. Postremo Deus ipse natura bonus est, non potest igitur esse causa malorum, quae bonitati repugnant. Consecutio firma est, siquidem alioqui secum ipse Deus pugnaret, ea faciens aut certe fieri praecipiens, quae suis legibus aduersantur.

Obiectio
2. Reg. 16
Obijci tamen contra potest uehementissime. 2. Reg. cap. 16. sic scriptum legitur. Dimitte eum, Dominus enim praecipit ei ut malediceret Dauidi, At qui illa maledictio, facta per Semei, erat peccatum mortale, igitur diuino praeepto homo aliquis peccat

mortaliter. Caietanus in expositione huius loci, item super Iob 12. non dubitat concedere Deum esse auctorem mali culpa, non quatenus culpa est, sed quatenus est poena diuinitus inflictata pro altera culpa. Haec tamen doctissimis Caietani sententia nullo modo nobis probatur. Nam si eius opinio esset uera, omnino esset concedendum Deum esse auctorem immundiciarum, & passionum ignominiae, quibus gentes exardescerent in semetipsos, afficiebant corpora sua, id quod de Deo sentire impium est. Quo circa dicendum potius uidetur cum M. Cano libro 1. de locis theologicis, cap. 4. praeeptum in diuinitis literis interdum significare diuinam ordinationem, siue dispositionem, ueluti cum dicitur, praeeptum posuit, & non praeteribit. Praeeptum illud ad diuinam ordinationem referendum est, iuxta illam eiusdem ueritatis, ad illud ipsum pertinentem sententiam, ordinatione tua perseverat dies. Se mei igitur domino permittente, & ita ordinante, atque disponente, maledixit Dauidi. Concludamus ergo cum Augustino in Enchiridione cap. 95. Nihil fieri omnino nisi omnipotens fieri uelit, uel sinendo ut fiat, uel certe ipse faciendo. Nam & permissio a theologis uoluntas Dei dicitur.

Ceterum illud est magnopere annotandum, eadem actionem, quae alioqui a diuersis agentibus proficiscitur esse bonam prout proficiscitur ab uno agente, malam uero prout proficiscitur ab alio. Sic occisio Christi, eiusque ad mortem traditio, prout erat a Iudaeis erat mala, At prout erat a Deo, erat bona. Sic etiam ereptio, & ablatio bonorum ipsius Iob prout erat a Deo erat bona, At enim scriptura Deum abstulisse illi bona, At prout erat a daemone, & Caldaeis, erat mala, iniusta, & iniqua.

Ad nonum, & extremum argumentum respondetur, omnino esse necessarium Antichristum fore, supposita diuina praedictione non quidem absolute, sed necessitate conditionata, & necessitate ut dicitur, consequentiae, non consequentis. Unde supposita diuina praedictione conceditur fieri posse ut Antichristus non sit secundum sensum diuisionis

Caietanus

Post
solu

M. Cano

Aptior
responsio.Augusti.
Eadem actio in ordine ad diuersa agentia, est bona simul & mala.Mel
lutiDup
pot
eua
ua2. ne
lo.Ad nonum
Prior solutio.

nis, non tamen secundum sensum compositionis, & prout esse Antichristi subest diuinae praedictioni. Nisi forte disatur, rem praeteritam per diuinam potentiam posse non fuisse, ac proinde posse Deum efficere, vt quod voluit, nunquam voluerit, quod significauerit, ac dixerit, nunquam significauerit, ac dixerit, & iuxta hunc dicendi modum conceditur illa de inesse, Antichristus non erit: diuina tamen praedictio non fallitur, siquidem nunquam Deus praedixit Antichristum fore, neque huius complexi assensum in aliquo vnquam causauerit, & per consequens neq; alius vnquam credidit. Sed hac de re postea, in posteriore huius questionis de potentia Dei tractatu, latius differemus. Ita dilutum est primum argumentum principale contra primam conclusionem principalem, quae omne possibile subijcit diuinae potentiae.

Ad secundum principale contra eandem conclusionem respondet magister, huiusmodi actiones, nempe ambulationem, locutionem, & ceteras huiusmodi actiones naturales creaturae possibiles, subdi etiam diuinae potentiae, non quidem hoc modo, nempe quod Deus illas actiones in se habeat, sed quia illas actiones in creaturis efficiat. Efficit enim Deus, vt homo ambulet, comedat & loquatur, & huiusmodi cetera exequatur.

Quamuis haec sit praecleara solutio, pro solutione tamen huius argumenti, & sequentis aptiore, notandum est, duplicem esse potentiam passiuam vnā, actiuam alteram. Differt autē potentia actiua a passiuā in tribus, in quibus illud est primum, quia agens per potentia actiuā qua huiusmodi efficit, at per potentia passiuā nō efficit, sed deficit potius, idq; propter potentialitatem, & materia.

Secundo, per potentiam actiuam aliquid transmutat aliud, at per passiuam transmutatur ab alio.

Tertio, potentia actiua respicit agere, passiuā vero respicit esse. Nanque agens per potentiam actiuam inducit formam, influit in patiens, & transmutat illud, At patiens recipit formam, & influentiam agentis, per quam receptionem acquirit aliquid esse.

Secundo notandum est, interdum cum actiua potentia concurrere etiam passiuam, ceu in eo qui ambulat, etenim qui ambulat, & agit, & patitur, Agit quidem quatenus se mouet, patitur vero, quatenus mouetur, & motum in seipso recipit.

His positis subiunguntur aliquot propositiones.

Prima propositio. Illud possibile quod respicit potentiam passiuam, non subditur diuinae potentiae, siquidem in Deo nulla est potentia passiuā. Nam potentia passiuā consistit in transmutari, id quod fit vel acquirendo nouum esse, vel desinendo esse, siue amittendo esse, ceu is qui moritur & corrumpitur, quae omnia a Deo sunt aliena.

Secunda propositio. Illud possibile quod respicit potentiam actiuam, coniunctam cum passiuā, non subditur diuinae potentiae, quae solum est actiua, & nullo modo passiuā, vt currere & ambulare.

Tertia propositio. Illud possibile, quod solum respicit potentiam actiuam, omnino & simpliciter subditur diuinae potentiae, siquidem in Deo sit omnis potentia actiua, & multo excellentius, quam in creatura.

Hinc habes tria esse genera eorum, quae dicimus creaturae esse possibilia, Deo non itidem, vnum est eorum, quae includunt defectum in voluntate, vt peccare, alterum est eorum, quae includunt defectum transmutationis, & motus, vt currere, ambulare. Tertium est eorum, quae includunt defectum in acquisitione alicuius esse, vel in amissione eiusdem, vt mori.

Interest tamen inter haec, quia primum illud genus rerum Deus neque in se, neque in alio potest, Nam peccare non habet causam efficientem, sed deficientem, Deus autem causa deficiens esse non potest. Secundū vero & tertium genus rerum licet in se Deus non possit, potest tamē in alijs. Potest enim efficere vt alia transmurentur, & quod acquirant nouum esse, vel amittant aliquod esse. Ita patet responsio ad secundum, & tertium argumentum.

Si obijcias, quidquid deus potest cum causa,

Posterior solutio.

Ad 2. principale. magister

Melior solutio.

Duplex potentia actiua, passiuā.

3. notabile.

1. propositio.

2. propositio.

3. propositio.

Tria sunt genera rerum creaturae possibiliū, & nō Deo.

Deus neque per se neq; per aliam potest peccare.

obiecti.

causa media effectiva, potest non mediante illa, siquidem omnis causalitas causa medie continetur in prima causa. At qui deus cum caulis medijs est efficiens ambulationis cursus, & similitum, igitur & sine illis hoc potest efficere. Respondet doctissimus Aegidius 1.5.d.42.q.2.av.1. Maiorem esse veram in ijs que respiciunt potentiam activam solum, Nam si potest movere calum mediante intelligentia, potest etiam movere sine illa, & si potest calefacere adhibito igne, potest etiam hoc ipsum prestare igne non adhibito. Non tamen est vera in ijs que respiciunt potentiam activam coniunctam cu passiva. Hæc enim sunt qua dicimus creatura esse possible, non deo, licet creatura sint possible interventu virtutis causa primæ: ceterum quia in potente ponunt potentiam passivam, propterea creatura illa potest cum deo, deus vero secundum se non item.

Ad 4. *Possible causabile est obiectum divinum omnipotentia*
Ad quartum principale respondetur, nomine possible, quod est obiectum divinum potentia intelligi omne causabile per activam potentiam, ex quo fit ut neque deus, neque divinum personam contingantur sub hoc possible, neque etiam peccata, neque omnino ea que sunt possible potentis passivis, & receptivis.

Ad 5.
Ad quintum respondetur, obiectum divinum omnipotentia esse possible absolute, non determinando ad possibile deo, aut creatura. Et inde habet deus quod sit, & dicatur omnipotens.

Ad 6.
Ad sextum, negatur consecutio. Ad probationem vero consequentia dicitur illam distributionem non esse absolutam, si intra genus possibile terminaretur, ita quod daretur aliquod possibile, quod divinum omnipotentia subtraheretur, iam autem quod implicat contradictionem non est possibile, ac proinde non continetur sub illa distributione. Vnde cum Angelus virgini verbum dei conceptura divinum omnipotentiam allegaret, non dixit deum posse omnia, sed omnia que informari animo possunt, cuiusmodi sunt omnia possible simpliciter, & absolute.

Ad 7.
Ad septimum respondetur, id quod implicat contradictionem esse simpliciter non ens, & nihil, ac proinde esse non posse terminum factionis, siue productionis, illud siquidem repugnat potentia activæ, cuius proprius & principalis effectus est, dare esse actu, cui repugnat non posse esse actu, siue non posse habere esse in natura rerum, cuiusmodi est illud omne quod implicat contradictionem. Ad probationem vero antecedentis dicitur non ens accipi dupliciter, vno modo, quod non est in natura rerum, prius tamen fuit, aliter modo quod non est neque esse potest in natura rerum, & hoc dicitur simpliciter non ens, neque esse potest terminus potentia effectiva dantis esse, quia non potest habere esse, neque itidem esse potest terminus potentia effectiva destruentis esse, quando quidem nunquam habuit esse, est igitur id quod implicat contradictionem, non ens simpliciter. Et licet includat esse, non tamen modo aliquo dici potest ens, sed simpliciter non ens, & nihil: utpote cui repugnet esse terminum modo aliquo potentia effectiva, neque ut dantis esse, neque ut destruentis esse.

Ad 8.
Ad octavum respondebitur speciali quaestione in posteriori huius de potentia dei quaestione tractatu.

Ad 9.
Ad nonum respondetur, quod deus dicitur omniscius, quia scit omnia scibilia, falsa enim non scit, quia non sunt scibilia. Ad eundem modum deus dicitur omnipotens, quia potest omnia possible, iam autem impossible comparantur ad potentiam, quemadmodum falsa ad scientiam. Probatio autem concluderet, si distributio terminaretur intra genus possibile, sic quidem, ut divinum potentia non se extenderet ad omnia possible.

Defensio conclusio.
Quod vero attinet ad refutationem tertia conclusionis, primum dicimus satis esse ad veritatem ipsius, quod homini possit naturaliter innotescere, deum posse in omnem effectum possibilem, siue agendo mediate, hoc est concursu causa medie, siue immediate: & hoc probant illa rationes naturales quas attulimus. Ceterum ex illo fundamento

mento, nempe quod Deus habeat præstantiorem potentiam actiuam, quam qualibet causa creata, & eminentius contineat causalitatem cuiuscunque causæ creatæ, & secundæ, videtur sufficienter cõcludi, quod possit citra cooperationem causæ mediæ in quemlibet possibilem effectum. Nam ex eo conficitur quod non solum potest efficere, quid quid potest efficere causa creata, verum etiã multa alia, quæ nõ potest efficere causa creata. Et non hoc solum, verum etiam quod quacunque entitatem facit cum causa creata, se solo possit efficere. Nam si Deus eminentiorem potentiam actiuam habet, quam causa secunda, sequitur vt agat, vel possit agere citra concursum causæ secundæ: alioquin nõ cõtineret eminentius causalitatem causæ secundæ. Hæc siquidem eminentia nõ solum in hoc cernitur, quia potest quidquid illa, verum etiam sine illa. At causa secunda sine prima nihil omnino potest.

Porro ad argumenta Scoti facile potest responderi. Ad primum dicitur, quod eminentia causalitatis coniuncta virtuti infinitæ intensiue est in causa vt agens possit immediate effectiue concurrere ad cuiuslibet effectus productionem, quod genus eminentiæ soli primæ causæ effectiue omnium philosophi attributum esse voluerunt. Hanc porro virtutem intensiue infinitam cum sol nõ habeat, efficitur, vt etsi eminentiorem causalitatem habeat, quam bos, non tamen, possit immediate bouem producere, quem tamen producit cum boue.

Ad secundum respondetur, quod quantumuis Deus concurrat immediate ad productionem cuiuslibet effectus, non iam inde consequitur, vt effectus exaquet diuinam potentiam, siquidem Deus operetur secundum ordinem rationis & dispositionem suæ voluntatis. Vnde omnis effectus ex diuinâ potentia procedens terminatur, siue terminũ consequitur ex ordine diuinæ rationis, & ex dispositione suæ voluntatis.

Philosophi autem causas medias causalitati primæ causæ adiunctas esse voluerunt, non vt perfectionem aliquam primæ causæ

causalitati adiungerent, neque vt eius virtuti modum adhiberent, sed quia hoc ipsum vniuersitatis ordo, & causarum connexio postulare.

Ad tertium, Negatur antecedens, Nã philosophis naturaliter innotuit, agere per intellectum, & voluntatem, esse præstantissimum modum agendi. Eisdem etiam illud cognitum, atque compertum fuit, Deum esse nobilissimum agens, ex quo subinde euidenter concluditur, Deum agere per intellectum, & voluntatem. Nam nobilissimus modus agendi nobilissimo agenti est tribuendus. Vnde Auerr. 12. Metaph. ait ordinem, & mensuram in rebus, non provenire a necessitate naturali, sed ab arte diuina intellectuali. Iam autem agens per intellectum & voluntatem, agit libere, & contingenter.

Ad quartum dicitur, quod si Deus ageret ex necessitate naturæ, & non consilio, & voluntate, & ageret immediate, proculdubio omnia ab æternitate effecta fuissent, & omnis fuisset causalitas causæ mediæ exclusiua, vt satis euidenter probat ratio Scoti.

Adde, quia quod agit ex necessitate naturæ, nisi eius virtus sit imperfecta, aut modo aliquo impedibilis, statim pducit effectũ, cū ergo diuina virtus ab æternitate sit perfecta, & a nullo possit impediri, cum sit infinita, sequitur quod si ageret ex necessitate naturæ, omnino ab æternitate produxisset res. Et ita omnis è medio secundæ causæ causalitas tolleretur. Cæterum Deus non agit ex necessitate naturæ, sed consilio, & voluntate, et hoc naturalis ratio conuincit, vt postea docebitur. Vnde quantumuis ponatur omnipotens illo posteriori modo, non sequitur, quod omnia ab æternitate produxerit, sed quando voluit, & decreuit producere. Etenim effectus egreditur ab agente secundum exigentiam formæ, quæ est principium agendi, cum ergo in agente voluntario forma, quæ est principium agendi, sit concepta per intellectum, & prædiffinita per voluntatem, sequitur vt res ab eo proficiantur secundum prædiffinitionem suæ voluntatis. Quantumuis igitur Deus ab æternitate fuerit sufficiens causa re-

Ad 3.

Auerroes attribuit Deo modũ agendi per intellectum & voluntatẽ

Ad 4.

si Deus ageret ex necessitate naturæ & immediate, oĩa fuisset pducta ab æterno.

Eminentia causa litatis primæ causæ supra secundã, nõ solum in hoc cernitur, quia potest quid illa, verũ & sine illa.

Ad 1. Scoti.

Ad 2.

Effecta Dei ad extra procedunt & terminantur ex ordine diuinæ rationis, & ex dispositione suæ voluntatis

Deus produxit omnia secundum

rum

rum omnium non tamen ab æternitate eas produxit, sed secundum dispositionem, & prædeterminationem suæ voluntatis.

Ad quintum respondetur: Philosophos nõ posuisse pro axioma simpliciter & absolute, ex nihilo nihil fieri, sed de facto, & in istis sublunaribus. Cum hoc tamen stat ut philosophi intellexerint, Deum posse se solo, & nullo causæ mediæ concursu, aliquem effectum producere, imo & quælibet quem producit cum causa mediæ.

Quo circa illud principium, quidquid entitatis Deus efficit cum causa mediæ, potest se solo efficere, non solum est creditum, verum etiam naturali lumine cognitum, atq; compertum. Ita responsum est objectionibus Scoti, & nostra tertia cõclusio defensiva.

Quod vero attinet ad refutationem quartæ cõclusionis, ad priorem eius refutationem dicimus, Christo fuisse communicatam omnium scientiam, non quidem simpliciter, & in toto genere, sed in certo ordine, & genere rerum. Quidquid enim Deus scit scientia visionis, communicatum est animæ Christi, non tamen quidquid Deus simpliciter scit. Deus enim scit scientia simplicis intelligentiæ infinitas res possibles, quas nescit Christus in quatum homo, licet eas sciat in quantum Deus. Ita dilutum est argumentum negatione Minoris.

Dilui secundo potest negando consequentiam. Nam esto omnium scientia potuit communicari animæ Christi, non tamè omnipotentia. Nam potentia significatur per egressum ab essentia, vnde habenti essentiam finitam, infinita potentia communicari non potest. Adde, quia potentia importat excessum super possibile, & omnipotentia super omne possibile, ex quo fit, ut nihil possibile, cuiusmodi est omnis creatura, possit habere omnipotentiam. Alioqui excederet se ipsam. At scientia fit per præsentiam scibilis ad scientem, siue in seipso siue in suo representativo, nihil autem est incommodi intellectui creato videnti diuinam essentiam representari omnia creata, & creabilia, & ita habere omnium scientiam. Ac hoc pacto anima

Christi in verbo videt, & contuetur omnia.

Ad posteriorem vero eiusdem cõclusionis refutationem respondetur, in verbo, omnia, distributionem fieri non absolute, & vniuersaliter, sed accommodate, & in certo genere, nempe in ijs quæ pertinet ad confirmationem ac persuasionem eorum quæ sunt fidei, cuiusmodi sunt mortuos excitare, cæcis lumen reddere, infirmos sanare, quæ tamen ipsa a fidelibus præstatur non quidem virtute aliqua creata ipsis communicata, & in ipsis inhaerente, sed virtute diuina assistente & ab ipsis inuocata. Ac de omnipotentia Dei satis multa.

Et notandum generaliter, quod quidquid imperfectionem passionem, motum, aut denique contradictionem includit Deo nõ est possibile, neque sub obiecto diuinæ potentie continetur. Quorum tamen quædam etsi Deus per se efficere non possit, potest tamen cum alijs & in alijs, quædam vero neque per se, neque cum alijs, & in alijs potest efficere, ut mala culpæ: quæ huiusmodi sunt.

QVÆSTIO. 5.

Verum sit iudicandum aliquid possibile, aut impossibile secundum causas inferiores, aut superiores potius?



De intelligentia, & explanatione huius quæstionis sunt nonnulla prænotanda, illud est primum duplicem esse sapientiam, vnam naturalem, quæ dicitur Philosophia, alteram diuinam, quæ dicitur Theologia. Illa iudicat secundum causas inferiores, quas solum cõsiderat, hæc vero secundum superiores, quas spectat. Quisq; n. artifex, & quilibet habitus iudicat secundum causas, quas cõsiderat. V. G. Medicus & Astrologus de morbo iudicant, deq; hominis validudine, aut inualitudine, sed diuerso modo Astrologus quidem secundum causas supremas & remotas, nempe secundum constitutiones, & status syderum,

r. notabile. Duplex sapietia, naturalis & diuina

dõ præfinitione voluntatis Ad 5.

Nota contra Scotum & alios.

Defensio quartæ cõclusionis Ad 1.

Christo potuit communicari omnium scientia, nõ tamen omnipotentia.

Medicus vero secundum causas inferiores, & proximas, nempe secundum vim & naturam, & morbi. Illas enim causas Astronomus considerat, has vero Medicus. Notandum est secundo. Effectorum duo esse genera, quaedam sunt, quae solum a causa superiore habent produci, ut iustificatio, glorificatio, creatio. Sunt alia, quae a causis secundis proficiuntur, quae sunt communia tam superiorum, quam inferiorum causarum: ut videre, vivere.

2. notabile.

3. notabile.

Tertio notandum est, aliquid esse possibile, & impossibile duobus modis, vno secundum se, & ex natura rei, altero modo in ordine ad aliquam potentiam actiuam, siue passivam, proximam, aut remotam.

His in hunc modum praenotatis, nonnullas pro explicatione quaestionis subiungimus conclusiones.

1. conci.

Prima conclusio. Possibilitas eorum quae sunt secundum seipsa, & ex natura sua possible, & impossibilitas eorum, quae secundum seipsa sunt impossibilia, non est expendenda secundum causas, aut superiores, aut inferiores. Illa siquidem omni respectu remoto, sunt possible, haec vero impossibilia. Quaevis enim nulla esset causa tam superior, quam inferior, adhuc esset possibile hominem esse animal, & impossibile hominem esse asinum, & album esse nigrum.

Possibilia, & impossibilia seipsa sunt impossibilia, non est expendenda secundum causas, aut superiores, aut inferiores. Illa siquidem omni respectu remoto, sunt possible, haec vero impossibilia. Quaevis enim nulla esset causa tam superior, quam inferior, adhuc esset possibile hominem esse animal, & impossibile hominem esse asinum, & album esse nigrum.

2. concl.

Secunda conclusio. Effecta quae solum habent produci a causa superiore, nullo concursu causae mediae effectivae, iudicantur possible, aut impossibilia, secundum causas superiores duntaxat, ut creatio mundi, glorificatio animae, infusio gratiae. Adhaec siquidem effecta causae inferiores nullam habent habitudinem, idque efficienter, licet patienter aliquam habeant habitudinem. Namque ad creationem animae, habet habitudinem corpus preparatum per actionem naturae, ad infusionem vero gratiae habet habitudinem liberum arbitrium divinae motioni acquiescens.

3. concl.

Tertia conclusio. Ea effecta quae apta sunt produci a causis inferioribus, iudicanda sunt possible, aut impossibilia, secundum

causas inferiores proximas tam activas, quam passivas. Nam actio causarum primarum, & remotarum determinatur per causas proximas, & effectus causarum secundarum, sequuntur potius conditiones causarum proximarum, quam superiorum, igitur de ipsorum possibilitate, aut impossibilitate iudicium ferendum est potius secundum causas proximas, & inferiores, quam secundum superiores, & remotas.

4. concl.

Quarta conclusio. Possibile secundum causam inferiorem, omnino est possibile secundum causam superiorem: Non tamen contra, Nam aliquid est possibile secundum causam superiorem, quod tamen est impossibile secundum causam inferiorem, ut illuminatio caeci, & exsuscitatio mortui.

5. concl.

Quinta conclusio. Impossibile secundum causam superiorem, est etiam impossibile secundum causam inferiorem: est enim illud absolute, & secundum se impossibile, cuiusmodi est omne illud quod implicat contradictionem, non tamen retro agitur. Nam aliquid est impossibile naturae, quod tamen Deo est possibile, ut caecum videre, mortuum resurgere, impium iustificari.

Nota, quod impossibile secundum causam superiorem est simpliciter impossibile, & possibile secundum causam inferiorem est simpliciter possibile.

Sexta conclusio, theologicae res dicuntur possible, aut impossibiles, secundum causas superiores, & divinas. At physicae, secundum causas inferiores & proximas. Unde secundum hoc iudicium, id quod quantum est ex se non habet rationem impossibilis, dici potest impossibile, ut mortuum vivere, caecum videre. Causas enim supremas spectat theologus, proximas vero & inferiores philosophus.

6. concl.

REFUTATIO CONCLUSIONUM.

Prima conclusio, non omnino probatur. Scotus 1. 2. d. 43. q. unica, quo loco Scotus primam causam possibilitatis rerum referendam putat ad divinum intellectum producentem res primo in esse intelligibili. Deinde vero in secundo instanti naturae res habent, quod seipsis sint possible, quia formaliter non repugnat illis esse. Ita de sententia

Scotus apud Scotum prima radix possibilitatis rerum est divinus intellectus

DISTINCT. 42. DE DIVINA OMNIP.

ria Scoti res sunt possibles principiatue quidem & originaliter per intellectum diuinum formaliter vero seipsis. Et quoniam apud Scotum, intellectus non est formaliter illa potentia actiua, qua Deus dicitur formaliter omnipotens, hinc fit vt res non sit primo possibilis in ordine ad diuinam potentiam, vt scilicet dicatur res illa possibilis, quæ potest a Deo produci, illa vero impossibilis, quæ nõ potest produci. Quemadmodum visum est Henrico quolibeto. 6. q. 3. sed res dicitur primo possibilis in ordine ad diuinum intellectum, producentem res in primo instanti nature inesse intelligibili. Ita possibilitas rerum sumitur primo ex parte Dei. Secundo vero loco, res dicuntur possibles, quia ipsis non repugnat esse.

Cæterum, quod attinet ad impossibilitatem rerum, longe aliter se res habet. Nam res non dicuntur impossibles primo ex parte Dei, sed quia habent repugnantiam ad esse, cui autem repugnat esse, repugnat ei ex se primo, circumscripto quocunque alio respectu siue affirmatiuo, siue negatiuo ad aliquid aliud. Id vero in hunc modum vult esse persuasum Scotus. Repugnãtia quæcunque extremorum est ex ratione sua formali, circumscripto quocunque alio respectu vtriusq; extremi positiuo, aut negatiuo ad aliquid aliud, quemadmodum album & nigrum per se, & ex rationibus termino. um contrariantur, habentque repugnantiam formalem, etiã circumscripto omni respectu ad quodcunque aliud: illud igitur est simpliciter impossibile, cui per se repugnat esse, ac proinde ex se, & ex ratione sua formali primum est tale, & non per respectum ad Deum affirmatiuum & negatiuum. Immo si per impossibile Deus non esset, adhuc sibi repugnaret esse.

Obijci contra potest, impossibilitas totius ortum habet ex impossibilitate partium, habentium inter se formalem repugnantiam, Nam cum partes inter se formaliter repugnant, omnino totum ex illis consurgens est impossibile, sed in composibilitate partium principiatue & originaliter est a Deo, a quo principiatue habet suas rationes formales,

igitur impossibilitas rerum impossibiliu formaliter est ex seipsis, principiatue vero ab ipso Deo, producete partes sub suis rationibus formalibus, ex quarum impossibilitate consurgit impossibilitas totius. Quemadmodum igitur prima radix possibilitatis est diuinus intellectus, sic et & impossibilitatis.

Responderi potest pro Scoto, impossibilitatem referri in diuinum intellectum, non quidem primo, & immediate, quemadmodum refertur possibilitas, sed ratione partium: ex quarum formalibus rationibus inter se repugnantibus consurgit impossibile. Tum quia nihil est quod seipso primo sit impossibile, sed ex rationibus formalibus illorum, quæ includit, tum quia impossibile repugnantiam habet ad hoc vt fiat, non solum sub esse nature, verum etiam sub esse diminuto.

Impossibilitas igitur non est primo ex parte Dei, sed neque etiam ex parte rei. Nihil enim est primo, & ratione sui formaliter impossibile, quasi sit aliquid vnum quod formaliter ex se sit impossibile, sed ex rationibus illorum quæ includit, quæ rationes reducuntur ad intellectum diuinum.

Est igitur hic progressus in impossibili, via compositionis. Nam primo Deus produxit duo entia sub esse possibili, deinde illa producta sunt seipsis formaliter incompabilia, ita vt neq; in vno possint conuenire, neq; tertium ex illis possit existere, postremo adest incapax ipsius factionis, siue negatio respectus ad quodcunque agens. Ita fit vt vltimus gradus impossibilitatis sit negatio habitudinis ad quodcunque agens.

Cæterum via resolutionis, hæc postrema ratio reducitur ad formalem repugnantiam partium, hæc vero reducitur ad intellectum diuinum.

Itaque accommodate ad doctrinam Scoti hoc interest inter possibile & impossibile, quia ratio possibilitatis formaliter sumitur ex ratione rei, principiatue vero ex diuino intellectu. Est enim res quæque possibilis formaliter seipsa, originaliter vero per diuinum intellectum. At ratio impossibilitatis formaliter est ex formali repugnantia partium, hæc

solutio.

Nihil seipso primo impossibile

Progressus in impossibili via compositionis.

Progressus in impossibili via resolutionis.

Discrimen inter possibile, & impossibile, iuxta mentem Scoti.

vero

non
primo
ex parte
Dei
sed
circumscripto
quocunque
alio respectu

Obijci

contra potest

argu
contra
conclu

secun

Terti

Quar

Ad
Intri
ce &
malit
res d
tur p
biles
impo
biles
sis, a
rõer
malit
quit

verò reducitur ad intellectum divinū. Nul-
la autem res est seipsa primo impossibilis.

1. argum.
contra 3.
conclus.

Tertia conclusio his argumentis refutatur
Causa prima magis influit in effectum, quā
causa secunda, igitur iudicium de possibili,
aut impossibili sumendum est potius secun-
dum causam superiorem, quam inferio-
rem.

secundū

Secundo, simpliciter tale dicitur per
comparationem ad aliquid simpliciter tale,
ergo simpliciter possibile debet aliquid di-
ci per comparisonem ad potentiam sim-
pliciter, Atqui potentia superiores sunt sim-
pliciter potentia, inferiores non item, ut que
superioribus innitantur, igitur iudicandū est
aliquid possibile, secundum causas superio-
res, non autem inferiores.

Tertium

Tertio, Illa dicuntur possible, quæ vnico
motore, vel vnica transmutatione fieri pos-
sunt, quæ autem multis, non item, ut videtur
docere Arist. 9. Metaph. comment. 7. At cau-
sa suprema seipsa, & nullo cōcursu causæ me-
diæ potest omnia producere, causa vero in-
ferior non item, sed necessario requirit con-
cursum causæ supremæ, igitur secundū cau-
sam supremam iudicandum est aliquid pos-
sibile, non secundum causam inferiorem.

Quartū.

Postremo, Si secundum causas inferiores
esset aliquid iudicandum possibile, aut im-
possibile, id quod est alioqui possibile iudicā-
dum esset impossibile, ceu mortuū resurgere,
& cæcum illuminare, in quæ effecta non pos-
sunt causæ inferiores, igitur de possibilitate
iudicium ferendum est secundum causas su-
periores, non inferiores.

DILVTIO ARGVME N-
torum.

Ad 1.
Intrinse-
ce & for-
maliter
res dicū-
tur possi-
biles, aut
impossi-
biles seip-
sis, ad
rōem for-
malē cōse-
quitur

Ad primum igitur argumentum sum-
ptum ex doctrina Scoti dicitur, quod
res intrinsece & formaliter sunt seipsis
possible, aut impossibile: possible quidē
quia ipsis ex sua ratione formali non repug-
nat esse: impossibile vero, quia ipsis ex sua
ratione formali repugnat esse, etiam circun-
scripto omni respectu ad agens. Caterum

ex prima ratione, per quam aliquid dicitur
possible, aut impossibile, consequitur respe-
ctus ad agens, affirmatiuus quidem in possi-
bilibus, negatiuus vero in impossibilibus. Ex
trinsece vero res dicuntur possible, aut im-
possible per respectum ad agens, ut scilicet
dicantur possible quia possunt fieri, impos-
sibile vero quia per nullam potentiam fieri
possunt. Et ita iudicandæ sunt possible, aut
impossible extrinsece in ordine ad causam.

respectus
ad agens
aut affir-
matiuus
aut nega-
tiuus.
Extrinse-
ce res di-
cuntur pos-
sibile, aut im-
possible per
respectū
ad agens.

Ad secundum, Negatur consecutio. Nā
etsi causa prima magis influat in effectum,
quā causa secunda, influit tamen mediante
causa secunda. Ex quo fit, ut eius influentia
specificetur, & determinetur per causam se-
cundam, ac proinde effectus magis sequitur
& imitatur conditiones causæ proximæ,
quam supremæ.

Ad 2.

Ad tertium respondetur, aliquid debere
dici simpliciter tale per comparisonem ad
illud, quod magis imitatur, cuiusque con-
ditiones magis consecutatur, cunque effectus
qui producuntur a causis inferioribus, con-
cursu causæ primæ, magis imitentur cau-
sas proximæ, quam causam primam, sequi-
tur ut eorum possibilitas, aut impossibilitas,
magis sit attendenda secundum causas infe-
riores, quam superiores, licet causæ superio-
res sint potentiores, & pollentiores.

Ad 3.

Ad quartum respondetur, non id dicere
Aristotelem, quod sumit argumentum, sed
dicit illa esse in potētia talia, quæ vnico prin-
cipio, siue vnico motore, hoc est, vnica trās-
mutatione talia efficiuntur. Non enim terra
est potentia statua, siquidem multis trās-
mutationibus ad formam statuæ perducitur, lig-
num tamen, aut argentum, est potentia sta-
tua, siquidem vnica trās-
mutatione formam
statuæ cōsequitur. Quoniam igitur quæ pro-
ducuntur a causis inferioribus sunt magis in
potentia propinqua, quam quæ producun-
tur a causis superioribus, propterea eorū pos-
sibilitas, aut impossibilitas potius est diudi-
canda secundum causas inferiores, & proxi-
mas, quam secundum causas superiores, &
remotas. Et confirmatur, quia alias omnia
essent possible, & nihil diceretur impossi-
bile.

Ad 4.
Illud di-
citur po-
tentia ta-
le, quod
vnica trās-
mutatio-
ne fit tale

Siquidem in ordine ad diuinam potentiam actiua omnia sunt possibilis, iuxta illud Luc. 2. Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Ad 5, Ad quintum respondetur, sermonem esse in tertia conclusione de illis effectis, quæ nata sunt produci a causis inferioribus concurrentibus superioribus. Sic autem non se habent illuminatio cæci & excitatio mortui.

Nam hæc effecta solū habent produci per causam supremam. Vnde sapientium mundi, vt annotauit quadam glo. 2. cor. 10. super illa Pauli verba, stultam fecit Deus sapientiam huius seculi, stultitia in eo fuit, quia de possibili, aut impossibili iudiciū ferret, prout se res haberet in natura. Ex qua eorū stultitia profectum est, vt impossibilia naturæ, simpliciter impossibilia, etiam Deo, esse censuerint. Hanc mundi sapientiam stultam effecit Deus opera perficiendo supra ordinem, communemque cursum naturæ, hoc est, his operibus perfectis, sapientiam Mundi stultam esse declarauit. De hac quæstione lege D. Thom. 1. 5. d. 42. q. 2. ar. 3. de poten. q. 1. ar. 4. Egidium 1. d. 42. q. 2. ar. 3. Ricardum, 1. d. 42. q. 7. Scotum 1. d. 43. q. vnica, Bassolim, 1. d. 42. q. 2. Henri. quodlib. 8. q. 3.

QVÆSTIO. 6.

Vtrum in Deo sint multe potentie, an vnica solum?



RO explicatione quæstionis interim præponimus, potentiam mediam intercedere inter essentiam ex qua fluit, & actionem, quam profert, & producit, hanc tamen

Potentia mediat inter essentiam, & operationem.

mediationem habet potentia diuina nõ quidem re ipsa, siquidem Dei potentia sit ipsa eius essentia, sed secundum rationem intelligendi solum. Namq; essentia diuina accepta sub ratione potentie media interiacere intelligitur inter eandemmet essentiam, & ipsam eius actionem.

Secundo præponimus. Potentiam ipsam Dei posse spectari duobus modis, vno modo intrinsece, hoc est, secundum rationem & essentiam potentie, quæ in eo consistit, vt sit immediatum principium actus, idque in omni genere, sicut potentia calefactiua est immediatum principium calefactionis. Altero modo spectari potest extrinsece, hoc est, in ordine ad ea quæ ab ipsa potentia procedunt.

Potentia Dei secundum essentiam.

Potentia Dei extrinsece.

His præmissis, subiunguntur, de more, aliquot conclusiones.

Prima conclusio. Diuina potentia considerata secundum suam essentiam est vna secundum rem, multiplex autem secundum rationem. Prior pars ostenditur. Diuina potentia intrinsece, est illud quod est immediatum principium diuinarum actionū, sed immediatum principium diuinarum actionum est ipsa Dei essentia, Deus enim agit per suam essentiam, Essentia autem diuina est vna secundum rem, igitur & ipsa Dei potentia intrinsece est vna secundum rem. Posterior pars conclusionis ostenditur. Diuina essentia vna existens secundum rem, quodammodo est multiplex secundum multas rationes attributales, vt iam alibi docuimus, igitur & diuina potentia vna existens secundum rem, multiplicitatem quandam habet secundum diuersas rationes attributorum. Consequentia probatur, quia cuiuslibet attributo, quatenus ei conuenit esse principium operationis competit ratio potentie.

1. concl.

Secunda conclusio. Diuina potentia extrinsece considerata, id est, sub ordine ad effecta, quæ ab ipsa promanant, est multiplex secundum rem. Probatio In effectis, quæ a diuina potentia promanant multitudo realis cernitur, igitur diuina potentia extrinsece spectata est multiplex secundum rem.

2. concl.

Tertia conclusio. Diuina potentia in ordine ad diuinam actionem, prout in Deo est considerata, est vna secundum rem, multiplex autem secundum rationem. Prior pars hinc intelligitur, quia diuina operatio est ipsa eius essentia, cum igitur diuina essentia sit vna secundum rem, sequitur vt diuina potentia

3. concl.

com-

3. concl.

4. concl.

simpliciter, & absolute vna potentia, licet secundum quid sit multiplex.

Augustinus

Dionysius Vnus causa numerus.

comparata ad Dei operationem, prout in operante est, sit vna secundum rem. Quod autem ut sic, sit multiplex secundum rationem, hinc intelligitur, quia diuina operatio vna existens secundum rem multipliciter quandam habet, & prout significatur secundum diuersitatem attributorum, & secundum diuersitatem effectuum, illa tamen diuersitas rationis est, hæc realis: siquidem multitudo, quæ in ordinis effectis cernitur, realis sit.

3. concl.

4. concl.

simpliciter, & absolute diuina potentia est vna, licet secundum quid sit multiplex.

Quarta conclusio. Simpliciter, & absolute diuina potentia vna est, multorum tamen obiectiue potentia est. Probatio. Iudicium de re quaque sumendum est secundum id quod conuenit ei intrinsece, nõ autem secundum id quod extra est, At potentia Dei secundum id quod conuenit ei intrinsece, vna est simpliciter, licet secundum obiecta, sit multorum potentia, igitur absolute, & simpliciter potentia Dei cernenda est vna, licet sit multiplex extrinsece, hoc est, secundum effecta quæ a diuina potentia promanant.

August.

Confirmatur conclusio testimonio Augustini. Nam authore Augustino. 5. de Trinitat. capit. 8. in Deo sua magnitudo est sua virtus, non enim in Deo est magnitudo molis, sed magnitudo virtutis, At eodem Augustino authore, in Deo non sunt multæ magnitudines, sed vna magnitudo, igitur in Deo non sunt plures potentia, siue virtutes, sed vna potentia, & vna virtus.

Dionysius vnu est causa omnium.

Item, diuus Dionysius de diuinis nominibus, capite vltimo, inquit, Vnum esse causam omnium, atqui causa omnium est diuina virtus, est igitur diuina virtus, & potentia vna, aqua, ut eodem loco testatur idem sanctus pater, & summus theologus, & ex qua, & per quam, & in qua, & ad quam sunt omnia. Etenim a diuina virtute sunt omnia, quatenus ipsa omnibus largita est esse. Ex ipsa vero sunt omnia quatenus omnia cõseruat inesse. Per ipsam sunt omnia, quatenus omnia ordinat, in ipsa vero sunt omnia, quatenus omnia in ipso

relucent, & eminentissime continentur.

Ad ipsam vero sunt omnia, quatenus omnia ad se conuertit, reducit, & refert, diuina virtus, ac potentia. Hanc igitur, inquit Dionysius, nos collaudare, & concelebrare expedit vnam Dei virtutem, per quam omnia constituta sunt, & permanent, & continentur, impletur, ac conuertuntur. De hac quaestione lege D. Thomam, 1. 5. d. 42. q. 1. ar. 2. & Egidium, 1. 5. d. 42. q. 1. ar. 2.

Thomas, Egidius.

REFUTATIO CONCLUSIONIS QUARTA.

Quarta conclusio varie refutatur. Nam omnino videtur, quod in Deo sint multæ virtutes, & multæ potentia collocandæ. Ad primum sic arguitur. Ut author est Aristoteles. 12. Metaphys. comment. 23. principia propria diuersitatem consequuntur ex diuersitate principiatorum, At qui diuina potentia est principium rerum creaturarum quæ cum sint & genere, & specie diuersæ, efficiuntur, ut in Deo sint multæ potentia.

1. argum.

Aristot.

Præterea, idem manens idem semper facit idem, ut docet Aristot. 2. de generariõne, commento 33. At qui cernimus multa, eaque genere, & specie differentia a Deo fuisse profecta, igitur oportet Deo conuenire plures potentias, quarum interuentu multa, & diuersa produxerit. Nam si vnica esset duntaxat, cum semper maneret eadem semper idem efficeret.

secundum

Tertio nihil idem est proprium vnus, & cum multis commune, atqui potentia creati di est communis tribus personis, potentia vero generãdis solius est patris, igitur in Deo est alia, & alia potentia.

Tertium

Quarto intelligere, & velle sunt in Deo, sed in nobis his actionibus respondent diuersæ potentia harum actionum elicitiue, intellectioni quidem intellectus, volitioni vero voluntas, igitur & in Deo illis actionibus respondent diuersæ potentia.

Quartum

Quinto, Ratio potentia in eo consistit, ut sit principium operationis, at quodlibet attributum diuinum secundum propria rationem

Quintum

Dionisius nem est principium operationis, Etenim ex bonitate Dei fluit omnis bonitas, & ex vita ipsius promanat omnis vita, vt docet magnus Dionysius, primo libro de diuinis nominibus, quodlibet ergo attributum diuinum habet rationem potentia, cum igitur in Deo sint multa attributa, sequitur vt in Deo sint multae potentiae.

DILVTIO ARGVMENTORVM.

Ad 1. **A**D primum respondetur, ex diuersitate principiorum non oriri necessario diuersitatem principiorum, siue potentiarum, sed respectuum, siue rationum. Vna enim potentia potest multa producere sub diuersis respectibus. Ita diuina potentia hominem, & equum format, non tamen sub eadem ratione. Diuina enim essentia vt idea equi, ratione differt a seipsa vt idea hominis.

Dicit etiam potest, diuinam potentiam intrinsece & essentialiter esse vnam, extrinsece vero & obiectiue esse multorum potentia.

Ad 2. **A**D secundum respondetur, illud esse verum in agente naturali, secus in voluntario, hoc est, in agente per intellectum, & secundum dispositionem suae voluntatis, cuiusmodi est Deus. Adde, quia etsi diuina potentia sit vna, & eadem secundum essentiam, non tamen secundum respectum. Vna siquidem & eadem secundum essentiam existens producit diuersa, sub diuersis respectibus.

Ad 3. **A**D tertium respondetur, potentiam generandi non esse potentiam de qua in presenti est sermo. Sermo siquidem est de potentia actiua, per quam producitur aliud, iam autem filius vt sit alius a patre, non tamen aliud. Caterum si potentia accipitur communiter, pro principio productiuo, siue pro principio essendi, siue terminus productus sit distinctus secundum essentiam a producente, siue non, conceditur potentiam generandi esse vere potentiam non respectu actus, qui est idem quod potentia, sed respectu

actu termini realiter emanantis. Non tamen iam inde illud est consequens, vt in Deo sint multae potentiae, sed vna. Nam id quod essentialiter est in potentia generandi, nempe principium essendi, commune est cum tribus personis, & vnū ac singulare: licet quoad notionale soli patri conueniat.

AD quartum, negatur consequentia. Nam quod in rebus creatis reperitur secundum diuersitatem realem, in Deo cernitur secundum vnitatem realem, propter summam, & infinitam Dei vnitatem, & simplicitatem, identificantem sibi omnia. Manet tamen & reliqua est ibi distinctio rationis siue formalis virtualis vt iam alibi docuimus. d. 2. huius libri.

AD quintum respondetur, in Deo non esse multas perfectiones attributales, sed vnicam perfectionem, & aequiualem multis perfectionibus formaliter, & realiter distinctis. Vnde haec propositio, in Deo multa sunt attributa, siue multae insunt perfectiones attributales, continet hunc sensum. In Deo est vna summa, & excellentissima perfectio, & aequiualens multis perfectionibus formaliter, & realiter distinctis. Sed de his iam alibi, nempe dist. 2. latissime differuimus.

Thomas, & Egidius locis supra citatis, negandam existimant hanc consequentiam. In Deo sunt plura attributa, quorum quodlibet habet rationem potentiae, igitur in Deo sunt multae potentiae. Nam attributum est nomen secundae intentionis, potentia vero nomen primae intentionis, iam autem nomina secundae intentionis in diuinis dicuntur pluraliter, cum se teneant ex parte rationis, nomina vero primae intentionis, cum sint quid absolute, non dicuntur pluraliter, sed singulariter. Vnde concedimus in diuinis multa esse attributa, non tamen multas potentias, sed vnā, quanuis respectus sint multi. Ac de potentia Dei in se haec differuisse sufficiat, reliquū est, vt ad posterius huius disputationis caput explicandū aggrediamur, quod continet tractationē potētię dei in ordine ad obiectū, quod ipsum explicari diximus a Magistro dist. 43. & 44.

Potentia generandi quoad id quod dicitur intrinsece commune est tribus personis, quoad notionale vero solus est pater. *Ad 4.*

Ad 5.

Thomas, Egidius.

Nomina secundae intentionis pluraliter dicuntur in diuinis, non autem nomina primae intentionis.

QVAESTIO. I.
DISTINCTIO
XLIII.

Resolutio distinctionis 43.

Distinctione 43. redarguit Magister quorundam opinionem, qui diuinam omnipotentiam sub mensura coarctantes, dixerunt Deum non posse facere, nisi quod facit, neque aliquid praetermittere de ijs, quae facit.

Motiva autem huius opinionis haec sunt. Primum sic argumentantur. Non potest Deus facere, nisi quod bonum & iustum est fieri, non est autem bonum, & iustum fieri ab eo, nisi quod facit, alioqui si bonum & iustum est aliud eum facere, non omne quod bonum, & iustum est eum facere, faceret, quod dicere impium est, non igitur potest Deus facere, nisi quod facit.

Secundo, Deus non potest facere, nisi quod ipse eius exigat iustitia, at non exigit eius iustitia ut faciat, nisi quod facit, & non potest contra iustitiam suam facere, non potest igitur facere nisi quod facit.

Tertio, Non potest Deus facere, nisi quod debet, non aut debet facere, nisi quod facit, alioqui si debet alia facere, non facit omne quod debet, sequitur igitur ut non possit facere, nisi quod facit.

Quarto. Deus nihil facit, aut dimittit, nisi optima & rationabili causa, licet nobis occulta, secundam quam omnia facit quaecumque facit, & dimittit, quae dimittit, & praeterquam nihil potest facere, aut dimittere.

Haec autem ratio penes eum est, &

atena est, illa ergo manente non potest dimittere quae facit, neque facere, quae dimittit, ita ergo non potest facere, nisi quae facit.

Quinto. Deus non potest facere nisi quod vult, sed non vult nisi quod facit, igitur non potest facere nisi quod facit.

Maior videtur esse Augustini, in libro de Symbolo, libro. 1. capit. 1. quo loco sic ait. Hoc solum Deus non potest quod non vult, ex quo datur intelligi Deum non posse nisi quod vult.

Sexto. Deus non plura vult quam potest, igitur non plura potest quam vult, non vult autem nisi quod facit, igitur non potest facere, nisi quod facit. Prima consequentia ex eo patet, quia sicut non est maior voluntas, quam potentia, ita neque potentia est maior voluntate.

Contra istam opinionem, ponit Magister hanc conclusionem. Deus plura potest facere quam facit, & potest similiter ommittere, quae facit. Probatio.

Deus potest iustificare, quos non iustificat, neque iustificabit, & potest saluare, quos non saluat, neque saluabit, igitur potest plura facere quam facit.

Confirmatur auctoritatibus scripturae, Matthaei 26. dixit Christus: An putas, quod non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Ecce quia filius potuit rogare, quod non rogabat, & pater exhibere quod non exhibebat.

Item, Augustinus in Enchiridio. cap. 95, sic ait. Omnipotentis voluntas multa potest facere, quae non vult, neque facit, probat duobus exemplis, uno Sydonio-